



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


**Theorema, De Fidei Christianæ Definita Mensvra, Et An  
Haec Sit Sola Scriptvra Canonica**


**Pistorius, Johann**

**Coloniae, 1590**

**VD16 G 3811**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43333**






ED

ET RE AD

v

f. VII  
20





THEOREMA,  
DE FIDEI CHRISTIANÆ DEFINITA  
MENSURA, ET AN HAEC SIT  
SOLA SCRIPTURA  
CANONICA:

*CVM EPISAGMATE, DE  
SACRAMENTIS:*

DISPUTATVM ANTE BIENNIVM BASILEAE  
à nihil demonstrante demonstratore GRYNÆO: iam verò  
ex iisdem principijs & penè iisdem verbis explicatum  
contra GRYNÆVM.

*EX QVO ADMIRABILE NOVVM, A  
GRYNÆO inuentum artificium, vno medio demon  
strandi res duas contrarias, cognosci  
potest.*


DEFENDET IN CONSPECTV OMNIVM  
Sanctorum & Angelorum Dei IOANNES  
PISTORIUS NIDANUS D.

*QVAESTIO A GRYNÆO ASCRIPTA: AN  
intelligis quæ legis? Act. 8. 30.*

Responsio intermissa à GRYNÆO: Quomodo intelligam nisi  
aliquis in viam ducat? Act. 8. 31.

COLONIAE,  
Apud Geruinum Calenium & heredes Quentelios.  
ANNO M. D. XC.

*Cum gratia & priuilegio Casareæ Maiestatis.*



3  
ILLVSTRI ET GE-  
NEROSO DOMINO, D.

MARCO FVGGARO, BARONI IN  
KIRCHBERGK ET VVEISSENHORN &c.  
CAES. M. CONSILIARIO, DOMINO  
suo humiliter colendo.



*lennium penè iam est, Illustris & generose D. Baro, cum Doctor Ioannes Iacobus Grynaeus, de verbo scripto disputationem in publicum Basilea proferrè iuberet. Eã ab amicis ad me perlatam, cum propter me publicatam esse nuntiaretur, breuissimè statim confutandam esse putavi: non quòd sic scripta esset ut confutationem postularet: sed ut tum errorem Viro alioquin docto & amico veteri monstrarem, in quem per incogitantiam deuenisset: tum subsidium aliquod Hæreticis afferrem, cuius admiculo attollere oculos & aspicere ad veritatis nostræ lucem possent. Itaque paucas horas in Grynaei disputatione impendi: & primùm docui quã absurdè ex istis principijs, ex quibus vel nihil ad questionem pertinens, vel contrarium consequitur,*

A 2

tur,



tur, argumentationem suam conclusisset Grynæus. deinde partes omnes singulariter sub examen subieci, & vanitatē totius Heretici fundamenti paulo explicavi plenius: non quidem ut questionis dignitas requirebat: sed quousque tanquam manu ducebat libido Grynæi. Tamen quod rursus ab Amicis significaretur, nouā à Grynæo magis elaboratam istius questionis tractationem parari, in qua plus studij ponere cogitaret ad maculam eluendam prioris incuria, & ad magis cohonestandum nomen suum: volui ut velitatio ista prima mea, qua tantūm in Grynæum & in huius disputationem directā, rem totam de qua controuersamur, in omnes controuersias non perpendit, inter chartas alias meas tam diu retinere-tur, donec in publica luce melior à Grynæo scriptio appareret.

Sperabam enim, si vel manum ille subsidiariam nouam ad copias sustinendas priores mitteret, vel rem maiori artificio magisq; seriò ad deliberationem reuocaret, futurum, ut res tanta qua omnium controuersiarum inter nos & Hereticos tanquam caput est, nostra dimicatione ad summam perspicuitatem illustraretur. Verūm  
cum

cum nimis diu procrastinaret Grynæus, & amici vehementer vrgerent, ut tandem ea qua celerimè respondiſſem, ſubiicerem ſub hominum aſpectum: an fortassis ex latebris in quibus ſe occultat, extrahi Grynæus, & deinde res vniuerſa pleniffimè contra Hæreticos tractari poſſet: viſum mihi fuit voluntati eorum gerere morem: & ſimul libellum ſub nomine illuſtris Domin. tuæ referre in apertum: quod illam non agrè laturam eſſe prorſus conſido: Multa enim erant maxima- q<sub>2</sub> cauſa cur facerem. Splendor familia: Propenſio in Viros doctos: Authoritas, quam apud Cæſar. Maieſt. & Reges Chriſtianos conſecuta ad ſummam gloriam virtute fuit, prudentiaq<sub>2</sub> ſua: Preſtantia doctrina & virtutum omnium: Amor Catholica Religionis maximus; quæ omnia quia in illuſtri Dom. tua clariffimè lucere videbam, poſtquam per totam Germaniam animum atq<sub>2</sub> oculos circumtuliffem, vidi proſectò neminem, in cuius patrocinium, pro veteri conſuetudine, rectius librum traderem, quàm in illuſtris Domin. tuæ: præfertim cum ad gratiam & benevolentiam reſpexi, quam non tantū præſenti mihi, cū per urbem veſtrā iter facerem humaniſſimè

A 3

tribuit,

tribuit, sed hæcenus etiam in literis illustravit,  
 & multis significationibus uberiores fecit.

Accipiat igitur clementer grati animi testi-  
 monium, quantum à tenuitate mea iam profi-  
 cisci potuit: non illud quidem dignum amplitu-  
 dine Dom. illustris tuæ: tamen non fortassis ineptum  
 ad meam, qua illam humiliter colo, testan-  
 dam obseruantiam.

Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, mise-  
 ram Germaniam in errorem proiectam, pro in-  
 finita misericordia sua in viam reducat: & Do-  
 min. illustrem tuam florentem omnibus corporis  
 & animi commodis diutissimè in fortuna & qua-  
 bili cursu conseruet. Datum Friburgi Brisgoiæ  
 4. Iulij. Anno 90.

Domin. illustris & generosæ tuæ studio-  
 sissimus, & obseruantissimus

Ioannes Pistorius Nidanus D. Serenissimi  
 Bauariæ Ducis & illustris. March.  
 Badensium Consiliarius.

7  
Ad Lectorem.



Egi, quæ Grynæus de mēſura fidei, fortassis dormiens effutiuit: & Baſileæ poſteà non dubitauit in publica proponere diſputatione: Vir alio quin doctus, ſed in iſtis theſibus tam ineptus, vt teſtimonium vllius doctri-næ nullo loco expreſſerit. Miratus ſū, quid cogitauerit: & cūm diſputari iſta, & cūm in publicum proferri iuberet. Itaque tametſi reſponſum theſes non requirebant: tamen vt ipſe vanitatem theſium tanquam in ſpeculo intueretur, ex iſdem principijs, & penè iſdem verbis, ex quibus ille ſententiam falſam dormiens vel ludens confirmare nititur, ego vigilās veram oſtendi, & è regione aſcripſi: vt puderet hominem temeritatis.

Ad Præfationem reſpondere opus non fuit: declamitat more ſuo: lamētaturus, ſi lachrymę in calammum fluxiſſent. Si Paulus, quem ſemper Chriſto anteponit: ſi Chriſtus conuitia æquis animis tulerunt: concludit, non indignum eſſe, vt ipſe exemplum eorum & patientiam imitetur: miſer collator; qui pace domi, & gratia Principum, & diuitijs, & vſu coniugij floret.

Gaudet Baſilienſem Academiam eſſe cum Germania, Gallia, Scotia, Hungaria, &c. Eccleſijs coniunctam. At cur non optat, vt cum omnibus omniū ætatum

ætatum, & temporum, & locorum Ecclesijs consentiat? qui huius ætatis consensionem magni facit, cur non magis omnium ætatum? qui de paucis Ecclesijs gratulatur, cur non potius de omnibus totius terrarum orbis?

Deinde cur Hungaricas, & Polonicas Ecclesias cum sua confociat, dissimilimas & dissentientes & partim Arrianicas? Si *παλιγενεσίαν* fingere & *ανακαινώσειν* falsæ Ecclesię voluit contra scripturam: cur non magis perpetuam Ecclesiam Christi cum scriptura retinuit, nunquam renascentem? semper progredientem? ô cæcitatem, ô professionem dignam Hæretico: Si Calvinistica Ecclesia Basiliensis renouata nuper & renata fuit: significet nobis tempus, quando primum fuerit noua: quam fidem secuta sit cum noua esset: an Calvinisticam: an aliam: quomodo tum rursus inueterauerit: quo Imperatore: quo Consule: quibus doctoribus? Sed nouam falsam Ecclesiam, edificatam contra veterem Christi, relinquamus nouis noui Euangelij opinatoribus; nos hęceamus in veteri Christi Ecclesia.

Quod in medio de Porphyrijs recitat: quanquam obscure intelligi potest, quò respiciat: tamen vel nomet Porphyrios: conuincat: ne mentiatur: ne iniuriam faciat bonis viris: vel si monstrare neminem potest, sit ipse & maneat, quousq; monstret, veterator Porphyrius: & à Christi religione & à priori Vbiquistico delirio suo Apostata. Rident illi, in quos  
for-

fortassis conuicium iecit, & contra quos tanquã per insidias nugis istis veteratoriè pugnare videtur, fatuitatem hominis; & optant vt conuersus agnoscat veritatem, & desinat in conscientias hominum crudeliter inquirere, & sceleratè configere probra; vel certè vt aliquando doctiora proferat, & nominet Porphyrios & prouocatores, de quibus in literis ad amicos conqueritur. Sed audiamus theses, videamus Hæreticorum desperationem, & istius tanquam illustre specimen, Grynæi disputationem: qua nescio an sol quicquam vnquam aspexerit turpius & magis dissolutum. Proponit quædam vera, sed aliena ab instituto: multa corrumpit: attexit Græca: affectat Mathematicæ literaturæ opinionem: concludit ex angulo baculum; ex cæpis allia: ineptè, turpiter, disiectè. Atq; vtinam totus mundus legat: & iudicet de nouo Grynæano artificio, concludendi ex vno principio, vno medio, vno syllogismo duo contraria. Nimirù hoc illud erat, *ὅτι τὸ πᾶν ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ*, id est quod demonstrare debuit; tamen non demonstrauit Grynæus, demonstrationis imperitus.

Deus Ecclesiam suam veterem defendat contra ineptam fallaciloquentiam nouorum hominum. Tu verò Lector, vale, & breui aliam thesium de Ecclesia & Apostaticæ doctrinæ de Apostasia eiusdem hominis à nobis expecta euerfionem. Christus

Iesus Ecclesiam suam conseruet: Amen.

B

THE

# THESES GRYNÆI

## De mensura veræ Fidei.

I. *Ἐν Χριστῷ.*

**V**Thæc nostra de Fidei mensura Disputatio, recti & commodi Inítij aureis columnis non destituatur, substernimus eidem hæc Diuina oracula.

2. Sapiat quiuis ad sobrietatem, prout cuique partitus est Deus mensuram fidei; Prophetemus proportione fidei. Rom. 12. 3. 6.

*Ista verò septem quò per-tinēt? & cur hic ponuntur: Cùm in misera demonstratione nullo verbo repetantur. An illud est columnas edificare, quæ in edificio non comparent? ò Demonstrator.*

3. Fides est ex auditu; auditus autem per Verbum Dei. Rom. 10. (17.)

4. Qui persequebatur nos aliquando, nunc annunciat fidem, quam olim vastabat. Gal. 1. (23.)

5. Elegit vos Deus ab initio ad salutem, per sanctificationem Spiritus, & fidem habitam veritati. 2. Thes. 2. (13.)

*Ista verò omnia quid ad Rhombum? quid ad rem propositam, ad demonstrandum?*

6. A puero sacras literas nouisti; quæ te possunt sapientem reddere in salute, per fidem quæ est in Christo Iesu. 2. Thim. 3. (15.)

7. Etenim nobis Euangelizatum est, sicut & illis, at non profuit illis auditus sermo, vt qui fidei mixtus non fuerit ipsis qui audierant. Hebr. 4. 2. Auditus autem ille sermo ex quo fonte ab Apostolis petitus sit, testatur dictum Petri Apostoli, *οὐδὲν ἀνευ γραφῆς λέγομεν.* Clemens. *ερωμ. 6.*

II. *Θεώρημα.*

*In magnis va-*  
*luisse sat est.*

**F**idei nostræ μέτρον seu mensuram esse scripturam Canonicam, demonstrare (A) nobis est propositum.

III. *ΕΚ-*

# THESES CATHOLICÆ<sup>II</sup> De mensura veræ Fidei.

## I. Σὺν χριστῷ

**V**<sup>I</sup> hæc nostra de Fidei mensura Disputatio, recti & incommodi Initiy aureis columnis non destituatur: substernimus eidem hæc Diuina oracula, non quod aliquid ad rem propositam faciant, sed quod nobis visum sit, ludentem imitari Grynæu.

2. Sapere omnes debent ad sobrietatem, vnusquisq; sicut Deus diuisit mensuram Fidei. Ro. 12. 3. Habentes donum Prophetia secundum proportionem fidei. Rom. 12. (17.)

3. Fides est ex auditu; auditus autem per Verbum Dei. Roma. 10. (17.)

4. Qui persequebatur nos aliquando, nunc annunciat fidem, quam aliquando expugnabat. Gal. 1. (23.)

5. Elegit vos Deus primitias ad salutem in sanctificatione Spiritus, & fide veritatis. 2. Thess. 2. (13.)

6. Ab infantia sacras literas nouisti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. 2. Tim. 3. (15.)

7. Etenim nobis nunciatum est, quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo auditus non admistus fidei ex ijs quæ audierunt (ut qui mixtus per fidem auditoribus, id est, susceptus fide non fuerit). Heb. 4. 2. Auditionis autem sermonem etiam ex scripturis veteris testamenti confirmatum esse testatur dictum Petri Apostoli, ὁ δὲ αὖτις λέγομεν, Clemens 5. 6. quod de veteri testamento & Prophetarum vaticinijs de Christi in terras aduentu & passione intelligendum esse patet, cum nulli tum esset noui testamenti libri.

## II. Θεώρημα.

Fidei nostræ μέτρον, seu mensuram non esse scripturam Canonicam



B

Quomodo pro-  
bat isto loco  
fuit fidem?  
Aut si finitur  
ubi est fidu-  
cia pars fidei  
Lutherane?  
An spem tandem agnoscit esse fiduciam? & sic peruenire ad iustificationem? (C) In textu non est ad spem, sed super spe, ἢ ἰσπίδι. (D) Iniuriam facit S. Apostolo, qui sic non loquitur.

III. ΕΚΘΕΣΙΣ.

Υποκείμενον γένος seu subiectum est vniuocè dicta fides E-  
lectorum Dei, quæ (B) finitore Paulo est agnitio veri-  
tatis, quæ est secundum pietatem (C) ad spem vitæ æter-  
næ. Tit. 1. 1. Est illud, quod (D) facit; vt extent ea quæ spe-  
rantur, & demonstrat ea quæ non videntur. Heb. 11. 1.

III. τὰ διδόμενα.

De his nemo sanus dubi-  
tat.

Sed hæc quin  
que rursus  
quid in rem  
nostram: Cur  
anteponit de-  
monstratione?  
nunquam as-  
sumit? ò De-  
monstrator.

Fallax illud  
& malitiosè  
propositum.

Nescit Gry-  
neus quid in  
demonstratio-  
ne sit verò  
questionis.  
Tandem post  
iacta funda-  
menta ceptu-  
rum querit  
de alijs.

1. Esse certam veræ fidei mensuram, nec nos credentes ferri εἰς τὰ ἄμετρα, & in incertum ac in infinitum.
2. Relata esse πρὸς fidem, (tanquam mensuratum) & eiusdem μέτρον, mensuram.
3. Dei solius esse & fidem largiri; & eandem mensura certa circumscribere.
4. Impietatem esse mutare illam ipsam mensuram, quod fit quando ei aliquid seu additur seu detrahitur.
5. Sacramenta esse visibilia Dei verba & Euangelij sigilla.

V. Διορισμός.

Τὸ ζήτημα seu τὸ πρόβλημα est, Canonicane scriptura sola sit mensura fidei nostræ, an verò non sit? Aientem sententiam nos demonstrabimus: Negantem opinionem Pontificij tueri satagunt. Huc autem quæsitæ sententia redit: Anne plura aut etiam pauciora quàm Canonicis scripturis proditum est, nobis ad salutem creditu sint necessaria, an non sint?

VI. Κατασκευὴ.

Axiomata hæc nemo pius ig-  
norat.

I.(E) Refi-

cam solum, demonstrare nobis est propositum, & demonstrabimus illustrissimè.

## III. Εχθροίς.

**Υ**ποκειμένου γένεσθαι seu subiectum est Fides Christianorum, quam D. Paulus non finit, (Tit. 11.) sed secundum fidem & agnitionem veritatis ad pietatem directam in spe aeterna vitæ se Apostolum esse dicit: Desinit autem Hebr. 11. (1.) Cùm inquit fidem esse illud (non quod facit ut extent ea quæ non videntur, ut aduersarius fingit, sed) quod est, ipsum fulcrum rerum speratarum, & conuictio rerum non apparentium.

## III. Τα διδόμενα.

De his nemo sanus dubitat, nemo etiam sanus ex illis quicquam contra Catholicos demonstrabit.

1. Esse certam veræ fidei mensuram, nec nos credendo ferri ad τὰ ἀμετρά, & in incertum ac in infinitum.
2. Relata esse πίστιν, fidem, (tanquam mensuratum) & eiusδὲ μέτρον, mensuram.
3. Dei solius esse & fidem largiri, & eandem mensura certa circumscribere per fidem & huius Ecclesiam.
4. Impietatem esse, mutare illam ipsam mensuram, quod fit quando ei aliquid pugnant seu additur, seu detrahitur.
5. Sacramenta esse inuisibilis gratiæ visibiles formas.

## V. Διχομοίς.

**Τ**ὸ ζήτημα seu τὸ πᾶνθαι cum subiecto, id est, tota questio est, Canonicæ Scripturæ sola sit mensura fidei nostræ, an verò non sit? Negantem sententiam nos demonstrabimus. Aientem opinionem Hæretici tueri satagunt, & in illis Grynæus. Huc autem quesiti sententia redit: Anne plura aut etiam pauciora quàm Canonicis scripturis explicatè proditum est, nobis in Ecclesia ad salutem creditu sint necessaria, an non sint?

## VI. Κατασκευῆ.

Axiomata hæc nemo pius ignorat, quæ tamen ad quæsitum nihil faciunt.

**E** *Maullt Latinè quā clare loqui.* 1. (E) Resipiscendum nobis est, & Euangelio credendum. Mar. 1. (15.)

2. Credens in Christum non condemnatur: non credens iam condemnatus est; quia non credidit in nomen Unigeniti filij Dei. Ioan. 3. (18.)

**F** *Ex quarto superioris dato impius est Gryneus, qui addit, VNO, quod non erat in textu.* 3. In (F) vno Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & cognitionis absconditi. Col. 2. (3.)

**G** *Et hic impius est Gryneus, qui verbis scripture addit & detrahbit.* 4. (G) Omnis Religio, quæ non est secundum Christum, falsa est. Colo. 2. (8.)

**H** *Rursus impius Gryneus ex suo dato, qui addit multa ad textum scripture.* 5. Ideò scripturas sanctas, & Diuinitus inspiratas, ac (H) proindè Canonicas scrutari nos oportet, quia illæ sunt quæ testificantur de Christo. Io. 3. (39.)

6. Omnes Prophetæ testantur remissionem peccatorum accepturum quemuis qui crediderit in Christum. Acto. 10. (43.)

**I** *Ethic iterum impius, cum textū corrūpit turpiter.* 7. (I) Quæ Apostoli & Euangelistæ scripserunt eò spectant, vt credamus Iesum esse Christum filium Dei: & vt credentes vitam habeamus per nomen eius. Io. 20. (31.)

**K** *Quinta impietas Grynei, quod TO TA legit, cū esset O MNIS: secutus Bezam.* 8. Sacræ literæ possunt sapientem reddere in salute, per fidem quæ est in Christo Iesu. (K) Tota scriptura diuinitus inspirata est utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum perfectè instructus. 2. Thim. 3. (15. 16. 17.)

**L** *Faciat Syllogismos Gryneus, & ostēdat Maiorem ex 4. prioribus, & Mino 4. rem ex posterioribus axiomatis, & Zingium solum habeto: & Demonstrator esto: & Nugator non esto.* VII. Απὸ δειξίς.  
C ertissimum est illud esse fidei mensuram, quod Vniuersa illa complectitur & tradit, quæ de Iesu illo qui est Christus, nobis ad salutem creditu sunt necessaria, vt (L) priora axiomata ostendunt.

Scripturæ autem Canonice, illa omnia continent & tradunt: possunt enim legentem sapientem facere, & ad omne opus bonum egregiè instructum reddere; vt (M) reli-

1. Pœnitementi, (Pœnitentiam agite) & credite Euangelio. Mar. 1. (16.)
2. Qui credit in filium, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine Unigeniti filij Dei. Ioan. 3. (18.)
3. In Christo sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi. Col. 2. (3.)
4. Cauete ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum Elementa mundi, & non secundum Christum. Col. 2. (8.)
5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere, & illa sunt quae testimonium perhibent de Christo. Ioan. 5. (39.)
6. Christo omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in Christum. Act. 10. (43.)
7. Signa quae fecit Iesus, quaedam ideo scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus filius Dei: & ut credentes vitam habeatis in nomine eius. Ioan. 20. (31.)
8. Sacrae literae possunt te instruere ad salutem per fidem, quae est in Christo Iesu: Omnis (non solum tota, ut aduersarius peruertit) scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in Iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. 2. Tim. 3. (15. 16. 17.)

VII. ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ.

**C**ertissimum est, illud esse fidei mensuram, quod Vniuersa illa complectitur & tradit, quae de Iesu illo qui est Christus, & eius fide, sacramentis & Ecclesiae rebus, nobis ad salutem creditu sunt necessaria: quod per se verum est, sed ex omnibus prioribus columnis datis, & κατασκευαίς; probari non potest.

Scripturae autem Canonicae illa omnia non continent & tradunt: ex nullo enim loco scripturae doceri potest: & quatuor postremae

M reliqua quatuor axiomata euidenter probant.

Id, ut dixim<sup>9</sup>,  
probet Gry-  
næus: & vi-  
cerit.

## VIII. Συμπέρασμα.

N Certè (ὅτι)  
oportuit: ni-  
hil enim de  
monstratum  
fuit, nisi bacu-  
lum stare in  
angulo.

Manifestum igitur est fidei nostræ mensuram esse scripturam Canonicam, ὅπερ (N) ἔδει δεῖξαι: quod demonstrare oportuit.

## IX. πορίσματα.

1. Ergo Pontificij tollunt fidem Electorum; quando negant eius mensuram esse scripturam Canonicam. Ut enim cum negatur μέτρον (mensura) tollitur & τὸ μετρητὸν (mensuratum): ita cum negatur quod scriptura Canonica omnia complectitur, quæ ad salutem credi par est, tollitur & fides.

2. Nos verò stabilimus fidem; quia agnoscimus eius veram mensuram, videlicet, scripturam sanctam, & mirificè lætamur, quando vnam & communem Electorū fidem, vnum Canonem habere animaduertimus, qui nobis cum Apostolis, & Apostolica Ecclesia communis est, cui sanè ea ignota fuerunt, quæ nunc Romana Ecclesia credenda putat propter suorum Paparum Conciliorumq; autoritatem.

## X. ἐπίσχυμα.

## De Sacramentis.

O  
Nugatoriū.

DE Symbolica Theologia, in gratiam piæ Iuuentutis addimus hunc Syllogismum (O) Demonstratiuum.

1.  
Maior.  
Sed vnde est  
certissimū?

An ex Apo-  
stolica De-  
mōstratione?

Mensuram eorum, quæ de Sacramentis nos credere oportet, Canonica scriptura contineri, certissimum est.

Ista autem de saluandorum tum regeneratione, tum alimonia hæc tradit, Dominum nostrum Iesum Christum

strema axiomata contrarium probant, ut vides in sequenti explanatione post Theses.

## VIII. Ἐμπόρασμα.

**M**anifestum igitur est, fidei nostrae mensuram non esse scripturam Canonicam vel scriptum verbum (ὁ περὶ οὗχ ἐστὶ εἶσα, ἀλλὰ δεῖκται ἡδὲ) quod non oportuit demonstrari, sed demonstratum est.

## IX. πορίσματα.

1. Ergo Heretici tollunt fidem Catholicae Ecclesiae, quando ponunt eius totam mensuram esse scripturam Canonicam. Ut enim quum negatur μέτρον, (mensura) tollitur & (τὸ μετρητὸν) mensuratum: ita cum negatur, quod scriptura Canonica & traditiones Apostolica simul ea omnia complectantur, quae ad salutem credi par est, tollitur & fides Catholicae Ecclesiae.

2. Nos verò stabilimus fidem, quia agnoscimus veram mensuram, videlicet verbum Dei tum scriptum, tum traditum; & mirificè letamur, quando unam & communem omnium post Apostolos Ecclesiarum fidem, eundem Canonem habere animadvertimus; qui nobis cum Apostolis & Apostolica Catholica omnium temporum & locorum Ecclesia communis est: Cui sanè ignota fuerunt ea, quae nunc Heretica Ecclesia credenda putat, propter suorum, Lutheri, Caluiniq; autoritatem.

## X. Contrarium ἐπίταγμα imponendum dorso

## GRYNAEI.

**C**ontra blasphemam Theologiam Hereticorum in gratiam pia Iuuentutis addimus hunc syllogismū Demonstratiuum.

Mensuram eorum, quae de Sacramentis & alijs nos credere oportet, non scripturis tantum, sed etiam traditione Ecclesiae contineri, certissimum est. Maior.

Scriptura verò de nomine vel numero Sacramentorum explicatè nihil docet; Imò ne quidem de voce Sacramenti quicquam: Minor.

C

Tamen

2. *Minor.* *Ignotus certe esset h. lo- gismus nisi ar- tifices Maiorē & Minorem & Conclusionem tanquam puer pro pueris a scripssisset.*  
 sum tam Sacramentorum quàm Euangelij Liturgiæ, spi-  
 ritualiter & efficialiter adesse & præesse, vt seipsum no-  
 bis communicet. Math. 28. 2. Cor 5. (7.) Ephes. 3. (17.) &c.  
 Hic nos multas interpositas nugas prætermisimus.

3. *Conclusio.*  
 Concludimus igitur de utroque Sacramento, nihil  
 aliud esse nobis statuendum; quàm quod docet Euange-  
 lium, cuius illa duo sigilla sunt.

FINIS THESIUM  
 Grynaei.



*Tamen Ecclesia ex scriptura & traditione Apostolica septem tradidit Sacramenta: Et praesertim scriptura docet, Caluini de Cæna & Baptismo sententiam esse damnatam & impiam. Math. 22. (26. 20.) & Marc. 14. (22.) & 16. 16. & Luc. 22. 19. 20. & Ioan. 3. (5.) & 1. Corinth. 10. & 11. per totum, & praeterea omnibus locis, quæ in Grynei thesibus sunt.*

*Concludimus igitur de Sacramentis, septem esse, & in Cæna conclusio, atque Baptismo grauissimè errare tum ceteros Hæreticos, tum praesertim & blasphemè Caluinistas.*

## CONCLUSIO GENERALIS.

**M***ensuram Theologica & Dialectica Scientia Grynei in ista disputatione contineri certissimum est.*

*Sed ista ostendit nec Theologum, nec Dialecticum esse Grynaeum, tantum Negatorem esse.*

*Concludimus igitur de Gryneo nihil aliud statuendum esse, quàm quod illa mensura docet, cuius hæc demonstratio tanquam sigillum est.*

FINIS CATHOLICARVM

Thesium.

C 2 EX.



E X P L I C A T I O D E -  
M O N S T R A T I O N I S  
G R Y N Æ I.



**P**ROPONIT Grynæus quatuor axioma, ex quibus se maiorem nugatorij syllogismi sui demonstraturum confidit. At bone Deus, quid ista omnia ad scriptum verbum? In primo Axiomate credi Euangelio voluit Christus Mar. 1. (15.) Cum de Euangelio, id est, testamenti noui historia & doctrina scriptus nullus liber adhuc esset. An igitur Grynæ sequitur, id quod omnia credenda complectitur, esse fidei mensuram? Et vt hoc non vrgeamus: An mandare Christus voluit vt Euangelio, id est, libris qui de illo adhuc scribendi erant, scripti nondum erāt, tum sic crederent, vt extra illos crederent nihil? Quid deliras Grynæ? An igitur istius ætatis discipuli quod crederent, habebant prorsus nihil?

Secundum testimonium de verbo scripto & de mensura fidei nullam ne quidem literam facit. Credentes in Iesum non iudicantur; non credentes iudicati sunt. Quid sequitur Grynæ? An igitur illius temporis homines cum hæc Christus eloqueretur, credebant scripto noui testamenti verbo? quod in rerum natura non erat? Et an Christus Io. 3. (18.) nominat scriptum verbum? Et an fidei mensuram? Et an in genere vllam mensuram? An dicit id quod tradit rem, esse mensuram rei? Quid cogitas? Cur istius te miseræ non pudet?

Tertium Axioma cur quæso adducitur? An thesauri, qui in Christo latent, latent omnes in scriptura? An idem est esse in Christo absconditum, & esse in sacris literis? Quid insanit Grynæus? Cur in vno Christo latere ista dicit, cum

ait, cum non dicat scriptura? Cur Patrem, cur Spiritum S. excludit? Cur quod Christi personæ debetur, accommodat scripturæ? qua fronte? cur mensuram inde definire conatur? cur totam complexionem rerum credendarum? Dicat, si potest.

Quartum verò ad rem prorsus nihil facit: neq; perspicere potest cur Grynæus ad ostendendam Maiorem syllogismi sui apponendum esse putauerit. Nulla religio, inquit, vera est, quæ non secundum Christum est. Id verò quid ad scriptum vel nō scriptum verbum? quid ad mensuram? quid ad definitionem mensuræ? Quid baculus ad angulū? Si Atheus Grynæus non est, si Porphyrius nō est, conficiat syllogismū. An enim religio, cuius omnes partes in scriptura non sunt explicatè proditæ, contra Christum est? Et an ideo mensura est? Id verò quomodo probabit? An per maiorem suam? posterius per prius? ignotum per ignotum? medium per conclusionem? principium per effectum? Cōclusionem per κενόλογον? idem per seipsum? alienum per alienum? ô Demonstrator.

Tamen dicit istis quatuor axiomatis demonstrari maiorem. Audio dici à Gryneō, sed rursus si Porphyrius nō est, ostendat quod dicit; periclitetur artem suam: expleat scripturandi libidinem: doceat se non esse nugatorem: syllogismos fabricet, & ostendat quomodo inde vera sit maior. Interim nihil demonstrans demonstrator sit Grynæus. Atque hæc de Maiore.

Minorem rursus putat quatuor posterioribus axiomatis confirmari. Nos ordine perspiciamus & examine-mus omnia.

Primum vel quintum ad veteris testamenti Prophetias pertinet, nec quicquam aliud significat, quàm Prophetias veteris testamenti testificari de Christo. An igitur quia scripturæ veteris testamenti testimonium perhibent Christo, nihil extra scripturam veteris & novi testamenti erit credendum? & ideo scriptura continebit omnia?

nia? Probet Grynæus consequentiam; & vicerit aureus Grynæus. Libri Moysis docent totam sacrificandi rationem. An igitur sequitur in scriptura esse omnia quæ credi debent? Quis sic concludere docuit? An acumen concludendi non mirabimur in Grynæo? cùm id Christus Saluator doceret, nulla litera facta vel ducta erat de nouo testamento. Ergo si id est mensura fidei, de quo Christus loquitur, vetus testamentum erit mensura, in veteri testamento erunt omnia quæ Christianos credere conuenit. ô Demonstrator. Forfan dicet fuisse omnia, sed implicite. Id verò quid ad Grynæum? quid ad baculum? Nam & nos concedimus, si eò respiciet Grynæus, nullam esse periodum scripturæ, quæ non in se totam includat scripturam. At quis eruet? Quis ex veteri scriptura ostendet Cœnam, naturas duas in Christo, & mysteria reliqua œconomix atque doctrinæ Christi? Neque id nos quærimus quid in scriptura inuolutum sit: quid profundè lateat: perspicuitatem & mandata & præcepta scripturæ quærimus.

Secundum vel sextum nihil probat nisi delirare Grynæum. Prophetæ, ait Grynæus, testantur remissionem peccatorum ex fide in Christum. Sed id quò valet? An propterea scriptura tota vel tantùm vetus testamentum continet omnia, quæ de Christo credere oportet? Et an omnia sunt in Prophetis, quæ credi debent? res omnes? modi omnes? circumstantiæ omnes? Istud autem si verum est, nouo testamento quis locus erit? si verum non est, in quem vsum apponitur Axioma? ô Demonstrator.

Tertium vel septimum axioma tantùm de signis Christi loquitur: scripturam nullam ponit nisi signorum: nec tamen signorum omnium. Doctrinam & articulos fidei non nominat, nisi vt credamus IESVM ex MARIA natū, esse Dei filium, Messiam mundi: ad quod credendum & ad consequendam æternam vitam si in Christi nomine cre-

crederent, S. Ioannes homines adduci miraculis posse sentiebat. Textus clarus est. Multa alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in hoc libro. Hæc verò (signa nimirum à S. Ioanne descripta) ideo apposita sunt, vt credant &c. Sed Grynæus eò torquere conatur, quasi de tota fide Christi & omnibus eius partibus Ioannes sermocinatus tum fuisset: & non sui tantum Euangelij scripturam, sed etiam omnium Euangelistarum & Apostolorum libros & sermones, totamque Christi & Apostolorum scriptam & non scriptam doctrinam verbis illis complecti voluisset; quæ maxima est textus deprauatio; indigna plebeio Theologo. Christus ipse doctrinam suam à miraculis distinguit: Si mihi, inquit, non creditis, operibus credite, quæ facio. Apostoli & scripturæ credebant & sermoni Christi & miraculis, sed aureus Grynæus cum signis credit, & inde Iesum esse Messiam dicit, in signis Christi simul includit scripturam totam veteris & noui testamenti, & signa ipsa & sermones omnes Christi & Apostolorum. Alioquin quid concluderet ex isto loco, miser demonstrator? An enim signa, vel sunt omnia, vel habent omnia, quæ de Christo credere iusserunt Christus & Apostoli?

Octauum verò testimonium ad minorem Grynæi forasse momentum aliquod habebit. Et certè nisi isto minor probetur, nullo probabitur. Sed nec istud quicquam probat. Nihil igitur probauit Demonstrator Basiliensis, reliquit id totum indemonstratum (*ὁπερ ἐστὶ δὲ ζῆλον*) quod demonstrari oportebat. Nam illud 2. Thimoth. 2. (15.) quæ miserè deprauat: & tamen si millies corrumperet, & torqueret, efficeret nihil.

Primò cum esset in Græco & Latino, omnis scriptura: fecit ille totam, quasi *ὅλη* esset in textu, non *πᾶσαι*, quæ corruptela ferri posset, si venenū sub ea reconditum non esset: Affingitur enim S. Paulo sententia quasi loqueretur de scriptura TOTA, id est, de isto volumine Biblico, quod nunc  
Sacras

Sacras literas vocamus, & quasi illud solum θεόπνευστον diceret: quod S. Apostolo ne quidem per somnium in mentem venit nec venire potuit, cum ista librorum complexio nondum esset. Illa igitur sententia S. Pauli non est: loquitur de omni scriptura diuinitus inspirata: totum nullum ponit: nec tum adhuc totum illud erat, quod nunc scripturam vocamus.

II. Secundò vertit, in salute, cum Paulus diceret, instruere ad salutem vel in salutem, εἰς σωτηρίαν; ἐξηπομένῳ pro ἐξηστουμένῳ, & vertit perfectè instructus: magis illud pro nobis: tamen non ita necessariò ex vi græcæ dictionis conclusum.

III. Tertiò loquitur S. Paulus apertè de Iustitia, neque ad intelligentiam diuinarum rerum respicit, sed ad perfectionem diuini hominis in opere bono. Nec vult inscripta omnia in veteri testamento esse quæ credenda sunt: sed significat nullam partem esse scripturæ, quæ non conferre aliquid possit, vt in vita & operib⁹ perficiatur homo Dei. Nihil igitur de articulorum fidei doctrina vel cognitione, sed de docendo, arguendo, corrigendo, instituyendo in Iustitia hominē loquitur, vt perfectus fiat homo Dei ad omne opus bonum instructus, sicut textus apertè testatur.

III. Quartò vt demus, de fide & doctrina fidei loquī S. Paulum: id verò quid ad conclusionem Gryneī pertinet? Omnis scriptura, inquit S. Paulus, id est, omnes & quique libri scripturæ utiles sunt ad perfectum faciendum hominem. Ergo concludit Gryneus, scripturæ Canonice continent & tradunt omnia, quæ de Iesu Christo nobis ad salutem creditu sunt necessaria: id est, baculus stat in angulo. Ego verò contra Gryneum concludam rectius. Ergo quæque pars scripturæ capita omnia fidei nostræ & continebit in se & explicabit. Atque sic Epistola tertia Ioannis, exempli gratia, vel liber Ruth, tanquam scriptura & scripturæ pars, complectetur totam fidem: & mensura

sura erit fidei: & satis erit ad cognoscendam totam fidē. Sed tum cur non abijcimus ceteros omnes? tanquam su perfluos? tamquam non necessarios?

Quintò simus adhuc liberaliores: & fateamur S. Paulum loqui de scriptura, quæ tum mandata libris erat, & illam solam esse *βίοπνευσον & ὀφελιμον*. At rursus quid inferet Grynæus? Sanctus enim Paulus de infantia Timothei loquitur: Assumptus verò Timotheus est circa Annum 51. post natum Christum à Paulo, cum sine dubio infans nō esset: Adolescēs esset & discipulus Apostolorum. Infans igitur ad minimum fuit ante annum Christi quadagesimum: quo tempore nulli libri novi testamenti, & ne quem Matthæi Evangelium adhuc erat: Illud Euangelium, quo nos Lutherus carere posse putat.

V.

*Luth. in præfat. novi testam. menti edit. a.*

Itaq; si ex eo S. Pauli loco concludenda erit fidei mensura: solum igitur vetus testamentum fuit S. Paulo mensura fidei: nouum non fuit. Atqui id falsum est. Falsum igitur est loqui S. Paulum de mensura fidei.

Et fuerit Euangeliū S. Matthæi: fuerit Marci: fuerit Lucæ: fuerint Epistolæ duæ ad Thesal. duæ ad Corinthios, vna ad Romanos, vna ad Galatas, vna ad Titum, & prior ad ipsum Timotheum: fuerit prior S. Petri. Isti enim libri in publicum aspectum venerant cum S. Paulus secundam ad Timotheum scriberet Epistolam, Anno post Christū natum 59. Tamen nondum fuit Euangelium S. Ioannis: quod vnum Lutherus omnibus anteponit, & penè solū Euangelium esse sinit: nondum fuerunt Epistolæ S. Pauli ad Philippenses, Colossenses, Philemonem & Hebræos: nondum posterior Petri: nondum Acta Apostolorum: nondum Epistolæ & Apocalypsis Ioannis: nondum vide rat Timotheus Epistolam ad Ephesios.

VI.

*Lutherus ibidem.*

Itaque si isti sacri libri, quos Timotheus tum legere potuit, fuerunt fidei mensura: Euangelium S. Ioannis & cæteri, quos nominauimus, erunt extra mensuram, & superflui, & non necessarij.

D

Rur-

VII. Rursus fuerint tum omnes libri, quos iam habemus: tamen nondum sequeretur, mēsuram esse fidei verbum scriptum. Nam præter lectionem sacrorum librorum iubet S. Paulus 2. Timoth. 3. (14.) vt permaneat in illis quæ ab ipso didicit, & quæ ipsi credita sunt: secumque cogitet, à quo didicerit. Item (2. Timoth. 2. 2.) vt ea quæ per multos testes à S. Paulo audiuit, commendet hominibus alijs idoneis & fidelibus: Sic 2. Timoth. 1. (13.) vt formā habeat (*ὑποτύπωσις*) sanorū sermonum, quos à S. Paulo audiuit, & vt custodiat bonum depositum: Similiter scribit Timotheum iam assecutum esse *διδασκαλίαν* & *ἀγωγὴν* S. Pauli: Ista igitur omnia etiam ex ipsius Pauli sententia, ad plenam Christi cognitionem erant necessaria, 1. diligens & diuturna institutio S. Pauli: 2. memoria *ὑποτυπώσεως*, quam S. Paulus de loquendi modo in rebus diuinis præscripsit: 3. cōsecutio doctrinæ S. Pauli, & tum postremò lectio scripturæ. Itaque nec sic quidem sola scriptura esset mensura fidei: nec sciet totum obiectum fidei qui leget scripturā: nec S. Paulus id voluit: & ineptè concludit Grynæus: & nihil demonstrat nisi incitiam suam & inhabilitatem ad demonstrandum.

VIII. Adhuc si isti libri quos habemus sunt mensura fidei: dicat aureus Grynæus: Epistola ad Laodicenses à S. Paulo scripta an nihil continuit non explicatum in alijs Epistolis: & vt nihil scripserit ad Laodicenses, an non in posteriori ad Thessalonicenses, testatur manum suam signum esse in omnibus epistolis? Multas igitur Epistolas scripsit ante hanc secundam. Sed exstat nulla præter priorem ad eosdem. Cæteræ igitur interciderunt. Sic in Actis Apostolorum Lucas recitat Christi sententiam: Beatius esse dare quàm accipere. Illa verò ubi inscripta est? Et an nulla præter istam perijt? Vnde probat Grynæus? S. Paulus Corinthijs in Epistola non explicat omnia: dicit se dispositurū cætera cū venerit, Corinth. 11. (34.) Laudat eos quod omnia recordentur, & traditiones, sicut ipse tradidit,

didit, teneant. *ibidem* II. 2. Iubet vt Thessalonicenses teneant traditiones, quas didicerant siue per sermonem, siue per Epistolā ipsius. 2. Thess. 2. (15.) Annuntiat in nomine Domini Iesu Christi: vt se abstrahāt ab omni fratre, qui inordinatē ambulat, & non iuxta traditionem quam acceperant ab ipso. 2. Thess. 3. (6.) Promittit se venturum vt perficiat ea quæ ipsorum fidei desunt (*τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως αὐτῶν*) 1. Thess. 3. (10.) Mādat Timotheo, vt ea quæ audiuit, quæ didicit, quæ affecutus est ex viua institutione, ex doctrina, ex ductu S. Pauli, illa doceat: in illis maneat: addat ista ad Scripturæ lectionem, 2. Timoth. 1. & 2. & 3.

Ista igitur omnia an ad mēsuram pertinent? An extramensuram sunt? an in mensura continentur? sed hoc quo testimonio probabit Grynæus? Deinde vbi est vnum verbum scripturæ (*τὸ πῖσά*) credibilia, vel quæ credenda sunt, omnia in sacris esse literis plenè, explicatè, perspicuè? Illud enim est (*ὁ ὡς ἐδεδείχθη*) quod demonstrare debet Grynæus: nō demonstrauit: non attigit. Hic Rhodus est, hīc saltet Grynæus, aureus Grynæus.

S. Paulus apertè testatur (Hebr. 6.1.) tum se de Principijs doctrinæ Christi nihil traditurum: facturum alio tēpore. At dicat Grynæus quando factum sit? Vbi S. Paulus doctrinam de manuum impositione, de Pœnitentia, de doctrina Baptismatum, de iudicio aeterno ita persecutus sit, sicut se facturum pollicetur? Quo loco? in qua epistola noua ad Hebræos? post annum 58.? Isto enim anno Epistolam ad Hebræos scripsit. An igitur in his omnibus nihil erat quod in alijs libris positum non esset? At quomodo probas? Contra textum capitij sexti? An ista, si extarent, nullam haberent mensuram? An non essent credenda? An non igitur pertinerent ad mensuram? Et iam cū absunt, quomodo perfecta est mensura? An omnia credenda sunt in verbo scripto? An igitur illa quæ S. Paulus scribere cogitauit, non sunt credenda, & necessaria ad salutem? Ita que an adhuc verbum scriptum est men-

I X.



fira fidei: Contra Grynæi definitionem? Cùm credenda omnia non contineat: intermissa quædam sint, testante S. Paulo, de manuum impositione, de doctrina Baptistarum, &c.

X. Decimò rursus, permittamus & totum scripturæ volumen tum fuisse tam plenum vt nunc est, & de tota illa scriptura, non de omni loqui S. Paulum: & græcismum esse  $\pi\alpha\sigma\alpha$  pro  $\delta\lambda\eta$ : quid igitur Grynæus concludet? Tota scriptura est  $\theta\epsilon\acute{o}\pi\nu\epsilon\omicron\varsigma$  &  $\acute{\omega}\rho\acute{\epsilon}\lambda\iota\mu\omicron\varsigma$ : Ergo sola est, & præter scripturam nihil est  $\theta\epsilon\acute{o}\pi\nu\epsilon\omicron\varsigma$ . Scriptura igitur mēsurā est fidei. At qua consequendi necessitate, mi Grynæe? Eam igitur ostende: & hīc omnes vires tuas explica: demōstrāte demonstratorem esse. Finge noua  $\delta\iota\delta\acute{o}\mu\epsilon\nu\alpha$ ,  $\kappa\alpha\tau\alpha\sigma\kappa\epsilon\upsilon\eta\eta$ ,  $\delta\iota\omicron\rho\iota\sigma\mu\acute{o}\nu$ : nouum institue simulatæ Mathematicæ literaturæ ludum: & nouū lumen eris Cinglianæ Theologiæ. Aut si Conclusionem ostendere non potes, confitere præter scripturam plura superesse  $\theta\epsilon\acute{o}\pi\nu\epsilon\omicron\varsigma$  &  $\acute{\omega}\rho\acute{\epsilon}\lambda\iota\mu\alpha$ : & nega te demonstratorem esse: & magnam illam iniuriam, qua Sanctum affecisti Paulum, ne dissimula.

Sed satis hoc loco de demonstratione Grynæi: & pene fusius quàm institueramus: satis de syllogismo illius Apostatico: satis de tantis ineptijs: Nec enim nostra confirmare, sed syllogismi istius, & datorum, & columnarum, &  $\delta\iota\omicron\rho\iota\sigma\mu\acute{o}\nu$  &  $\kappa\alpha\tau\alpha\sigma\kappa\epsilon\upsilon\eta\eta$ , & aliarum nugarum vanitatem ante conspectum hominum exponere, iam quidem volumus. Sepultus igitur sit syllogismus ineptus: redeant ad scripturam extracta & auulsa loca: neque erroris, sed veritatis sint columnæ &  $\delta\iota\delta\acute{o}\mu\epsilon\nu\alpha$  &  $\kappa\alpha\tau\alpha\sigma\kappa\epsilon\upsilon\eta$  &  $\acute{\alpha}\pi\omega\delta\eta\zeta\iota\varsigma$ : Ostensum sit, Grynæum nihil demonstrasse: nos ex iisdem principijs rectè docuisse contrarium: Apostaticum Dialecticum & Theologum ista quidem in re fuisse Grynæum, qui nihil demonstrat, sed id concludat quod demonstrationem postulat:  $\delta\pi\epsilon\rho\ \acute{\epsilon}\delta\eta\ \delta\acute{\epsilon}\zeta\alpha\iota$ , quod demonstrandum adhuc, & nondum demonstratum est. Cætera tractabimus cùm erit plusculum ocij.

BRE

BREVIS ADDITIO AD  
EXPLICANDVM VSVM EORVM QVAE  
SVBIECTA, ET DATA, ET PARATA

*sunt à Grynæo.*

**T**Amen ne frustra Grynæus tantum apparatus ad demonstrationem intruxerit: quia nihil ipse demonstravit: nos aliquot vsus istius armamenti expediemus.

I.

**C**olumna Grynæi 2. & 3. & 6. est: Fidem esse ex auditu, & annuntiari à S. Paulo & Euangelizari. Confiteri igitur Grynæus debet, mensurā fidei esse totum illud, quod ex Christo & Apostolis cum fidem annuntiarent, & Euangelizarent, fuit auditum. Atqui verbum scriptum non est totum illud quod ex Christo & Apostolis fuit auditum: Verbum igitur scriptum non est mensura fidei.

Minorem probo: non quod omnia verba & omnes repetitiones non sint in verbo scripto: sed quod ne quidem omnes religionis partes: nec satis explicatè: & quod multa Apostoli viua voce docerent clarius & fusius, quàm scriptis.

De multis iam est probatum ex 1. Corinth. 11. (2. 3. 4.) 1. Theff. 3. (10.) & 2. Theff. 2. (15.) & 3. (6.) Ex 2. Timot. 1. (13. 14.) & 2. 2. & 3. (10. 14. 15.). De reliquis parum dicā: Esse tres personas vnius essentia, Filium esse Patri *ὁμοούσιον*, Trinitatē esse inuocandam, duas in Christo naturas esse vnius suppositi, & similia, sunt quidem in scriptura, sed inuolutè & consequenter. Eorum in lucem extractio, quanto labore constitit Ecclesiæ primæ?

Baptisandos esse infantes: ter mergendos, iam mersionis loco aspergendos ter, & quidem ad caput: exufflandos & exorcisandos esse: quo in loco est scripturæ: tamē

Ecclesia Christi ab Apostolis acceptum, eousque tanquam Christi mandatum conseruat.

Diem Dominicum & Paschatis esse celebrandum: & sine ieiunio: & cōtra Iudæos: & sub pœna damnationis, sentit Ignatius, Apostolorū discipulus, & obseruat tota Ecclesia, non illa tantum sub Papatu: sed etiam Græca.

Tota *ἑσχατοιμία* & *ἑσχαζία*, quam S. Paulus in Ecclesia spectari vult: omnes Agendæ, ritus, consuetudines Ecclesiæ, quo loco scripturæ traduntur: tamen obseruari iubentur.

Ne sacerdos factus ducat vxorem, nusquā in scriptura expresse mandatum fuit: tamen à Christi ascensione in celum vsque ad ætatem nostram ne vnus quidem repperus fuit vel Apostolus vel Euangelista, vel eorum successor, quā longè lateque patet mundus, qui in sacerdotio duxerit vxorem? An igitur omnes peccarunt contra scripturam? An non intellexerant scripturam? An contra, non omnes confessi sunt esse ex traditione Apostolica?

Sic Chrisma notum Iustino: sic reliquiarum miracula ab eodem confirmata: sic perpetuata S. Mariæ Virginitas: sic inuocatio Sāctorum: sic oratio pro mortuis: sic sacrificium missæ: & quædā alia, etiam cū in scriptura palam non nominātur: tamen S. Chrysostomo, S. Augustino & alijs fluxisse videntur ex Apostolorum instituto & præcepto. Et quid dicam? Tempus me deficeret si per censebo omnia, quæ Apostoli enuntiarunt, cū omne Dei consilium auditoribus patefacerent: Cū Ecclesias constituerent, & tum ipsi disponerent: tum creatis Episcopis mandarent, vt quæ deessent, corrigerent: tamen in libros non retulerunt. Verbum igitur scriptum non est fidei mensura.

## II.

Columna 4. habet: Legi in Epistola 2. Thess. 2. (13.) Nos electos esse à Deo ad salutem, per sanctificationem Spiritus & fidem habitam veritati, Nihil dicam, corrupta mul-

ta multa esse: per sanctificationem, pro in sanctificatione: Item fidem habitam veritati, pro fidem veritatis: Nec enim tam leuia sunt quàm putantur. Illud dicam, si fides est veritatis: veritas verò tota non est scripta. Non igitur tantum scriptæ veritatis est fides, sed etiam non scriptæ. Scriptura igitur mensura non est fidei.

## III.

Grynæi datum primum est: in fidei mensura non dari progressum in infinitum. Ex eo nihil concludit Grynæus. Nos concludemus aliquid:

Posito quod in scriptura sint omnia: ut suo modo esse non negamus: tamen quia ista mensura, si usum aliquem præstabit, explicari & intelligi debet: non de ipsa mensura, ut in se conquiescit, sed ut intelligentiæ subiecta, & ut nobis mēsurā est, disputandum nobis erit & quæredum, quomodo interpretatio ista scripturæ certa sit: & an omnium sit: an quorundam. Omnium certè ex dato Grynæi non est. Nullum enim infinitum est mensura fidei. At qui interpretatio omnium tāquam infinitorum hominum & infinitè inter se pugnantium est infinita. Nō igitur est mensura fidei. Itaque necesse est quorundam esse: & tum vel ex humana industria, vel ex reuelatione Spiritus. Humana industria siue in collatione scripturæ, siue in interpretatione κατ' ἀναλογίαν, siue in ratiocinatione ponatur, rursus eò non valet ex eodem dato Grynæi. Infiniti enim scripturam & cōferunt & interpretari κατ' ἀναλογίαν videntur, & ratiocinantur: tamen omnes diuersis modis & in pugnantibus sententias. Infinitum verò non est mensura fidei.

Rursus mensura fidei est certa, explicatio verò non est certa, quæ est omnium singularium hominum: nec potest esse certa. Aut enim casu & pro cuiusq; arbitrio fit: aut fortassis extat regula, quæ docet quemadmodum vel ratiocinari, vel conferre, vel κατ' ἀναλογίαν interpretari, vel cruere latētem sensum sine omni errore quisque possit.

Illa

Illa regula si in scriptura est, ostendatur locus; si non est, cur recipiemus interpretationem mensuræ extra mensuram? Cur credemus sine scriptura? & quomodo scriptura erit mensura fidei? & erit nobis? quæ in seipsa interpretandi mensuram non habet? si verò regula nulla reperitur: arbitraria igitur erit explicatio. sed illa infinita & incerta est, & à seipsa dissidens. Frustra igitur fidei mensura & præsertim quo ad nos, scriptura esse dicitur.

Iterum interpretatio scripturæ vel est ex nobis, vel ex Spiritu sancto: vel est animalium, vel est spiritualium hominum: sed est profectò ex Spiritu, & est hominum spiritualium. Vnde enim res primùm fluxit, inde explicari debet. Scriptura, ut ait S. Petrus, (2. Pet. 1.) non inducta est hominum voluntate, sed ex impulsu & inspiratione Spiritus S. Non igitur hominum voluntate, sed à Spiritu, à quo primùm nata est, explicari scriptura debet. Et animales homines recipere non possunt quæ sunt Spiritus Dei. 1. Corinth. 2. (14.) Incertum verò prorsus est, de indiuiduis & singularibus personis, animales an spirituales sint: ex se, an ex Spiritu S. scripturam interpretentur: intelligant, an non intelligant. Et quicquid dixerint, negari potest spirituales esse, tum illos qui scripserunt, tum nos qui iudicamus, non solum quod de spiritu huius vel illius testimonium nullum habeant: sed etiam quod omnino extra scriptum verbum, ut hæretici volunt, credendum nihil est: & rectè explicari à Luthero, vel Zinglio, vel alio scripturam, non est in scriptura. Explicatio igitur scripturæ in singularibus hominibus nunquam est certa: nec enim constat, an Spiritu S. ducantur: Illa itaq; explicatio mēsurā fidei non est: Nec proficiunt hæretici, cum se Spiritum S. habere temere confirmant. Dicunt enim multi & infiniti: nec causam ego video cur Lutheranis plus credam quàm Calvinistis: nec illi ostendere possunt. Dabit Pater, inquiunt, rogantibus Spiritum Sanctum. Verū id est si orent in Ecclesia, & in huius vnitate,  
& sub

& sub huius suave subiecti iugum. Alioquin an non orāt Arriani? Calvinistæ? Lutherani? Anabaptistæ? hæretici omnes? Et non æquè attentè & deuotè? An igitur omnes accipiunt Spiritum sanctum? An igitur omnes rectè interpretantur scripturam? & an omnium hæreticorum interpretationes inter se pugnantes & dissentientes, veræ sunt? & recipi debent? Sed id falsissimum est: singularium igitur hominum explicatio certa non est: mensura fidei non est.

Adhæc: Solius est Dei largiri fidem, vt Grynæus in tertio dato concedit, & per se verum est; sed cui Deus fidem donet incertum nobis est ex scriptura, de hominibus singularibus: Illorū igitur interpretatio, ne quidem si mille scripturas cum mille scripturis conferent, certa nobis non erit: scriptura igitur tametsi mensura fidei esset, tamen nisi ab Ecclesia explicetur, mensura nobis non erit: Erit obscuritas & offensio: & magis erroris nostri quàm veritatis mensura.

Sed dices. An igitur scripturæ nulla explicatio certa est? Est profectò aliqua: quæ si nō esset, iacere totam scripturam & religionem necesse esset. Et illa quæ sit, ex Grynæi datis & iam, & postea fusius ostendemus. Explicatio enim scripturæ si mensura fidei erit, in infinitū non progredi, & certa esse debet, vt Grynæus in datis suis ponit: Atqui nulla finita vel certa est scripturæ explicatio, quæ ea quæ est totius Ecclesiæ: de qua ex Christi promissionibus planissimum est, & dubitationē non habet, quod à Spiritu sancto, in iudicio eius & sempiterno præside in omnem ducatur veritatem: cū de reliquis omnibus optimo iure dubitetur. Hęc igitur sola explicatio tanquā sola certa & finita ex Grynæi dato erit mensura fidei: ceteræ explanationes non erunt: Ipsa scriptura sine intellectu, sine explanatione mensura non erit: *ἡ ἀποκάλυψις*, quod & demonstrandum, & demonstratum est.

Solius Dei est, mensura circumscribere fidem ex tertio Grynæi dato. Si verò solius est Dei, cur Grynæus scripturam mensuram esse fidei iubet, quod Deus nullo loco scripturæ iussit? Nullo enim testimonio docebitur unquam mandasse Deum ut vel omnes vel quosdam scripturæ libros sic pro mensura fidei habeamus: ut in illis omnia omnibus, & explicatè cōtineri putemus, quæ credere oportet. Cur igitur supra Deum se extollit? vel certè cur, quod soli Deo relictū est, ille sine mandato Dei in se transfert? Antichristus Grynæus, & Grynæus superbus? Itē si solius Dei est circumscribere fidem mensura: & mensura est verbum scriptum: Mensuram igitur hanc Deus vel definiuit aliquo loco, vel non definiuit. Si definiuit, explicet Grynæus ubi factum sit, & ubi Deus, quot libri scripturæ Canonici, & quot ad salutem necessarij sint, scripserit: nisi fortè per Ecclesiam fecit: At qui hæc traditiones cum scriptura recepit. Si non definiuit Deus: non igitur circumscripsit: Falsum igitur est Grynæi datū: & impius est Grynæus, qui definit rem non definitam à Deo.

Rursus si definiuit Deus, fecit vel in scriptura, vel in testimonio Ecclesiæ. In scriptura non fecit. Ergo per Ecclesiam. Illud igitur mensura est fidei quod Ecclesia mensuram esse voluit. Voluit autem tum scripturam, tum traditiones Apostolicas & Ecclesiæ Christi auctoritatem: & hæc omnia recepit & pro mensura fidei definiuit. Falsum igitur est ex ipso Grynæi dato, solam scripturam esse mensuram: & verum est, solam non esse mensuram.

Præterea vel casu vel studio factū est, ut Apostoli & Euāgelistæ omnia credenda cōferrent in literas: & tū vel omnes omnia complecti scribēdo, vel quidam quædā, vel quidā omnia, quidā quædā voluerūt. Id verò cur credi iubet Grynæus, & ex qua scriptura? Nā cum nullus scripserit omnia, unde cognoscem⁹, partitos esse viros sanctos laborem, ut unus partem unā, cæteri reliquas explicarēt? Et id  
cur cre-

cur credemus sine scriptura? Deinde, quia ceterorū Apostolorū partes ad nos non peruenerunt, quomodo mensura fidei erit pars Apostolicæ scripturæ? & quomodo pars amissa, quam ceteri Apostoli cōpleuerunt, non pertinebit ad mensurā? & quomodo integra erit mensura, cum pars illa tanta tamq̃; magna decessit? Aut si singuli scripserunt omnia: cur pluribus quàm vno scriptore opus est? At hæc omnia vbi definiuit Deus? & si non definiuit, cur credimus? cum sint extra mensuram?

Item solius Dei est, definire fidem mensura. Id igitur an fecerit Deus, & quomodo fecerit, vel scimus vel nescimus. Si scimus, dicat Grynæus ex quo loco scripturæ? Aut si extra scripturam cognoscimus, sciemus igitur & credemus extra mensuram? At rursus quo testimonio sciemus? An inspiratione occulta? sed tum scriptura non erit credendorū mensura: Erit etiam inspiratio. At hæc finita non est. Erit igitur infinita fidei mensura, contra datum primum: vel scriptura fidei mensura non erit.

Iterum mensuram fidei certam esse conuenit: & impietas est cum mutatur, ex datis Grynæi, sed hæretici certam esse non sinunt: qui vel breuiorem vel longiorem faciunt: & epistolam S. Iacobi, Apocalypsin S. Ioannis, libros Machabæorum, Thobiam &c. vel addunt, vel detrahunt. Vnus Lutherus S. Iacobi epistolam postea ponendam: primum tanquam stramineam non ponendam iudicauit: quod idem de Apocalypsi & alijs fecit. Mensuram igitur certam non habent: & impij sunt qui addunt & detrahunt: neque definire mensuram possunt.

Ad hæc si solius Dei est circumscribere fidem certa mensura: cur circumscribit Lutherus? cur Cinglius? cur mutilant mensuram pro suo arbitrio? contra veteris Ecclesiæ consuetudinem? An iussi sunt à Deo? sed quo testimonio? An quia ipsis sic videtur? At tum opinio eorum vel à Deo confirmari debet: vel liberū cuique permitti, vt mensuram esse sinat quousque videtur: non sinat quādo



non videtur. Ista verò an non erit pulchra & aurea mensura?

Præterea vt fides est, sic debet esse mensura ex 2. dato Grynæi. sed fidei partes omnes retinendæ sunt. Ergo & mensuræ. Contra, in verbo scripto Lutherus publicè putat Euāgelij Matthei, Marci & Lucæ: Item Epistolis multis Pauli & aliorum posse nos sine magno incommodo carere: & satis esse, si Euangelium vnicū Ioannis & huius primam Epistolam: S. Pauli tres Epistolas ad Romanos, Galatas & Ephesios: Item S. Petri priorem Epistolam retineamus. Quædam igitur partes verbi scripti necessariò retinendæ non sunt, Verbum igitur scriptum mensura fidei non est.

Vel adhuc efficacius: Id est mensura quod omnia ad fidem necessaria cōtinet, Ex maiore Grynæi. Atqui vnū Euangelium Ioannis & huius prima Epistola, & tres Epistolæ S. Pauli, & vna S. Petri continent omnia, quæ nos ad salutem scire interest: teste Luthero in præfatione 1. editionis noui testamenti, Anno 22. & 26. Sex igitur libri isti sunt mensura fidei, & falsum est totum verbum scriptum esse mensuram fidei: aut erunt vnus rei mensuræ duæ: & totum atque pars simul rem vnā metientur: aut Lutherum necesse est esse scurram. Et quid dicam? Quod ipsum definitum non est, mensura rei definitæ esse non potest. Scriptura definita non est: & controuersantur de eius mensura hæretici: & quid ad eam pertineat, explicatum non habent. Scripturam igitur mensuram fidei tanquam rei definitæ constituere non possunt.

Rursus ex 2. dato Grynæi fides & mensura fidei relata sunt. Posita igitur fide, ponitur fidei mensura. Sed fides in Christum, natum, erat annis penè centum, antequam scriptum verbum totum in vnum conueniret librum: imò qui libri reuera ad scriptum verbum pertinent, ne hodie quidem apud hæreticos Lutheranos Calvinistas & Anabaptistas exploratū est. Falsum igitur est verbum scrip-

scriptum esse mensuram fidei. Si dicat Grynæus annuntiatum Verbum esse mensuram: & id postquam totam literis mādatum est, iam etiam scriptum, mēsuram esse: id verò quomodo p̄babit? ex quo scripturæ loco? Nos enim negamus scriptum esse totum, omnibus circumstantijs & in specie & explicatè: negamus non licere Ecclesiæ in festis, ritibus, ceremonijs, explicationibus addere quotidie: non illa quidem pugnantia cum scriptura; tamen sic non posita in scriptura: & tamen credenda. Sed progrediamur.

## V.

**I**mpietas est ex 4. dato addere aliquid mensuræ Dei. Impius igitur est Grynæus, qui multa addit. Dicam hoc loco pauca, & tantum nouem quæ Grynæus addit & in scriptura nō sunt. 1. Scripturā esse mensuram fidei, & omnia in verbo scripto contineri & tradi, quæ de Iesu Christo sunt creditu necessaria: quod ipsum in tota scriptura nusquam extat: & reuera additum est ad scripturam: & falsum est & cum principio suo pugnant. 2. Euangelia quatuor & nō plura esse: & esse eorum quibus inscribuntur: & debere credi, & referri inter libros sacros & in Canonem Ecclesiasticum. 3. Epistolas ab Apostolis & actiones Apostolorum nec plures nec pauciores scriptas esse: & in illis quæ extant, contineri omnia: & illa eadem quæ in cæteris quæ interciderunt, & quæ ab alijs Apostolis in India, Aethyopia, & alijs locis scriptæ sunt. 4. Omnia quæ Apostoli ore tradiderunt, esse in verbo scripto. 5. Agendas Calvinistarum & ritus Ecclesiæ, & baptisandi rationem & Coenæ Dominicæ distributionem, & ista omnia, quæ supra diximus, cōsentire cum instituto Apostolorū, & cum eorum consuetudine. 6. Scripturam tam esse facilem & ita propositam omnibus, vt à quouis possit septenni puero legi & intelligi. 7. Libros scripturæ quosdam esse Canonicos, quosdam nō esse, & S. Matthæi Euangeliū, Maiāq; prophetiam esse Canonicos: Machabæorum hi-

storiā & Thomæ Euangeliū Canonicos non esse. 8. Lutherum & Cinglium rectè interpretari scripturam: & Grynæum, cū ista sic iudicat non errare. 9. Posse quæque ex sola lectione scripturæ, etiam cū à nulla Ecclesia Christi docetur, imò cū omnes Ecclesiæ contra sentiunt, intelligere scripturam, & certum esse de suo priuato & ab omnibus dissentiente sensu. Plura non addam quæ infinita sunt, & in scriptura nō reperiūtur: nec mensuram fidei scripturā esse sinunt: & isti Lutherano principio contradicunt: aut si verum est falsa esse quæ in scriptura non continentur, falsa ista erunt omnia; & hoc ipsum falsum erit quod dicitur. Nam si falsa sunt quæ expressè scriptura non docet, non est verò vel expressè vel obscure traditum in scriptura, quod nihil extra scripturam credi debeat: Id ipsum igitur verum nō erit. Falsum igitur erit & falsum scribit Grynæus. Item si mensura credendorum, est Scriptura: Credendum verò est, quod hic Grynæus tradit, omnia credenda esse in scriptura. Itaque etiam huius Grynæani pronunciati mensura erit scriptura. Sed quo loco est in scriptura? Congreget totum acumen suum, & ostendat Grynæus: vbi hoc credendum & id quod demonstrare vult Grynæus, vbi inquam sit in scriptura? Aut si non est, confiteatur falsum esse.

Vides Lector Grynæanum acumen. Nos ex isto dato contra Grynæum ostendemus, mensuram fidei non esse scripturam: tam planè tamque perspicue, vt Grynæus quod contradicat non habeat.

Quicquid fert additionem, id mensura fidei non est ex 1. & 3. & 4. dato. Atqui scriptura vel verbū scriptum, cōfidente Grynæo, patitur additionem, illa nimirum nouem quæ in hoc capite enumerauimus: & alia plura. Verbum igitur scriptū mensura fidei non est. Item quicquid non omnia complectitur credenda, id mensura fidei non est, ex cōuersione maioris Grynæi. Sed scriptura hoc ipsum non continet, quod hīc credi iubet Grynæus: nimirum

mirum omnia credenda tradi in scriptura. scriptura igitur non est mēsurā fidei: quod & demonstrare oportuit, & reuera demonstratum est.

Euangelio credendum est, inquit Grynæus. Ergo certissimum est id esse fidei mensuram quod omnia necessaria creditu complectitur. Quis verò Grynæum sic argumentari docuit? Cur non conclusit magis virgam Aaronis fuisse turrinam Babylonicam? Grynæum esse Porphyrium? Eadem enim est concludendi ratio. Deinde cur maiorem ἀποδείξεις & mensuræ definitionem probari ascribit ex primis Axiomatibus quatuor? Et cur omnino probari oportuit? An per se verum non est, quod rem totam complectitur, & definit, id esse rei mensuram? Istud verò cur probat Grynæus? & cur ex quatuor illis probat? Et ubi in tota scriptura maior ista & definitio mensuræ ponitur? Et cur scriptura ad illam demonstrandum opus est? Sed audiamus primum rursus Axioma. Euangelio credendum est. Ergo id quod mensurat rem, est mēsurā rei. Quid audio? Ergo baculus est in angulo: angulus in baculo. An enim definitio mēsuræ est in scriptura? & in hoc Axiomate? & an ex eo cōcludi potest? ὁ demonstrator. Et an quia Euangelio credendum est, ideo legi & libris & historijs veteris testamenti non est credendum? An Euangelium in se & libros & historias veteris testamenti includit?

Rursus quia Euangelio tum nondū scripto credendum erat, An igitur, quod postea scriptum fuit, equè longè diffusum est? & ista eadem & eodem modo habet, & æquè latè patet, atque Euangelium illud de quo Christus loquitur? An loquitur Christus de Euangelio scripto? An tum, cū Christus ista diceret, Euangelium vllum scriptum erat? An Euangelium istud cui credere Christus iubet, explicabat Cœnā & Baptismum & omnia mysteria Christi? An illa continebat omnia quæ postea acciderūt?

Rursus credendum est Euangelio. An igitur tantum credendum est verbo scripto? An Euangelium tantum est ver.

est verbum scriptum? Quid respondes Grynæ? Et si respondere posses, tamen maiorem tuam non probasses: mensuræ definitionē non demonstrasses. Nec enim quia Euangelio credendum est, ideo istud quod omnia continet τὰ πῆλα, mensura est fidei. Conemur tamen aliquid: periclitemur artem: doceamus ex hoc Axiomate, quomodo id mensura sit fidei quod omnia πῆλα complectitur: iuueamus bonum Grynæum.

Euangelium cui credendum est, mensura est fidei.

Quod complectitur omnia πῆλα, est Euangelium cui credendum est. Illud igitur est mensura fidei.

Edisserat Grynæus an syllogismum istum & partum suum agnoscat? An recipiat? Et an ad verbum scriptum ista & ad mensuram, quam quærit, momentum vllum & considerationem habere putet? Et an medium illud pro causa habeat cur res mensurans rem, sit rei mensura? Etiam si ponamus totum verum esse: vt non est.

Nos contra Grynæum ex eo ipso Axiomate probabimus firmissimè, inuito Grynæo, scripturam non esse mensuram fidei, nec continere omnia quæ credere debemus. Statim enim assumemus Verbum scriptum non complecti omnia τὰ πῆλα: non negante Grynæo: & inferemus verbum scriptum non esse mensuram fidei, & nescire Grynæum quid ponat, quid sumat, quid concludat.

Et vt vim Consequentia propius aspiciat Grynæus: proponemus planius, magisque perspicuè.

Tota mensura fidei est totum Euangelium, cui credendum est, vt Grynæus significat.

Atqui totum Euangelium quod scriptum est, non est totum illud Euangelium cui credendum est.

Scriptum igitur Euangelium totum non est tota mensura fidei.

Minorem probo: Impietas est addere scripturæ aliquid ex Grynæi dato. Sed totum Euangelium scriptum, esse totum Euangelium cui credi oportet, nullo loco est scrip-

scripturæ. Impietas igitur est cum additur: & propterea falsum est, ex Grynæi principijs. Imò propius cum hoste conflagamus. Euangelio credendum est. Non verò parti tantum, sed toti. Itaque totum Euangelium erit fidei mensura, sed totum non est scriptum: deinde id, de quo Christus loquitur, pars erat Euangelij: nec de Cœna vel Baptismo suo quicquam adhuc docuerat Christus: nec scriptum erat Euangelium cui Christus credi iubebat. Nec igitur scriptum verbum, nec Euangelium, de quo Christus loquitur, mensura tota est totius fidei.

Deinde ne quidem si de toto Euangelio Christus ageret, subleuari causa Grynæi posset: Nec enim, ut dixi, scriptum tum erat Euāgelium, nec de scripto mentionem faciebat Christus: nec si toti Euangelio credendum est, idem pars totius (nempe verbum scriptum) erit mensura fidei.

Rursus tantum Euangelio est credendum: In eam enim sententiam accipit Grynæus: Non igitur legi Moyse, nec historijs veteris testamenti. Atqui hoc falsum. Igitur & illud. Aut an fortassis Euangelium legem in se habet, & veteris historias testamenti: sed satis de primo Axiomate. Perspiciamus secundum.

## VI.

**C**Redens in Christum non condēnatur: Item, in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ. Itē, omnis religio, quæ non est secundum Christum, falsa est, ex 2. 3. & 4. Axiomate.

Ergo: concludit Grynæus in minore Syllogismi nugatorij sui: Quicquid omnia tradit credenda de Christo, id mensura est fidei. Ergo: concludam Ego: Conclusio Grynæi, est deliratio vetulæ. Possem etiam quod Grammaticus Philippus optimis & doctissimis Catholicis in Apologia scurriliter & absurdè respondet, per cōmodè hoc loco exclamare: Deus perdat istos impios sophistas, „ tam falso detorquentes Verbum Dei ad sua somnia. „

F

Quis

- „ Quis bonus Vir non commoueat indignitate tanta?  
 „ Quis docuit istos asinos hanc Dialecticam? sed hæc neq;  
 „ Dialectica est, neque sophistica, sed est sycophantica.

Sic enim Calumniatori Philippo visum est illudere bonis viris, sed nos modestius agemus. Demonstret Grynæus consequentiam: 1. Doceat cur sequatur, quia credentes in nomen Unigeniti filij Dei non condemnantur, ideo id quod omnia *τὰ πάντα* in se includit, esse mensuram fidei: 2. Doceat ubi sit in vno Christo esse omnes thesauros, ostendat numisma, nominet locum: Deinde explicet quia in Christo sunt omnes thesauri, cur propterea, & ex vi istius loci id quod omnia de Christo credibilia continet, sit mensura fidei: simul declaret an in scripturis sint omnes thesauri sapientiæ: & an sicut in Christo, sic in scriptura? & quomodo probet? 3. perspicuum faciat ubi quartum Axioma sit in scriptura? & ubi illis verbis? dicat quomodo ex quarto Axiomate demonstret maiorem *ἀναπόδεικτε* suæ *ἀποδείξεως*? & cur necesse sit, si religio, quæ nõ est secundum Christum, falsa sit, idcirco rem complectentem omnia ad credendum necessaria, mensuram esse fidei? Audiamus magistrum Consequentiarum: Audiamus explicatorem causæ suæ: educat ex quatuor illis maiorem suam, ex virga Aaron turrim Babylonicam: ex formica Camelum: Et tum respondeamus fusius. Iam contra Grynæum ex tribus Axiomatis miseræ *κατασκευῆς* ratiocinemur aliquid: ne frustra posita sint: & ut quomodo valeant, animaduertantur.

Credens in Christum iudicatur. Ergo non, ut Grynæus infert, mensurans fidem est mensura fidei: sed, Ergo verbum scriptum non est mensura fidei; Id quod creditur, est mensura fidei. Id autem quod creditur non est tantum verbum scriptum.

Rursus in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ. Id quidem ad maiorem Grynæanæ miseræ facit nihil: nec si in mille se formas conuertat, Verbum vnum maioris

ex eo confirmabit. Nos tamen, ne sanctum Axioma inconclusum sit, minorem inde tollemus, & cōclusionem Grynæi.

In quo sunt omnes thesauri diuinæ sapientiæ & cognitionis: id mensura est fidei. Sic enim significat Grynæus: & nisi sic sentiat, frustra ascripsit Axioma tertium.

Atqui in scriptura tanquam re finita, contineri totus infinitus thesaurus sapientiæ diuinæ non potest: nec quisquam vnquam existimauit, in verbo scripto omnes esse diuinæ cognitionis thesauros: simpliciter, absolutè, vniuersaliter: nec ipse Grynæus hoc respectat: Loquitur enim tantum de necessarijs ad credendum. Itaque scriptura mensura fidei non est.

Item in vno Christo, ait Grynæus, thesauri omnes sūt. Nos pergamus: Scriptura non est Christus: sed testificatur de Christo. In scriptura igitur thesauri omnes non sunt. Itaque vel temerè Grynæus interposuit tertium Axioma: vel si ad rem pertinere debet, mensura fidei scriptura non est.

Adhuc si in scriptura sunt omnes thesauri diuinæ cognitionis: non igitur tantum ea quæ creditu nobis necessaria sunt, complectitur; sed omnia quæ in hoc mundo tanquam cœlata & abscondita, ne quidem credi debent, & perspicientur in vita æterna. Ergo scriptura plus in se quàm necessaria creditu continebit. Itaq; mensura fidei non est, ex 2. dato Grynæi. Relata enim sunt mensura & mensuratum.

Iterum. Religio quæ non secundum Christum est, falsa est. scripturam esse mēsuram credendorum, non est secundum Christum: est secundū traditionem hominum, ex inani fallacia Grynæi. Id enim est secundū Christum, quod Deus ipse in mensura, vel in scriptura (secundum Grynæum) posuit, ex tertio dato, sed scripturam esse mensuram fidei, in mensura ipsa, in mensura quam Deus Grynæo circumscripsit, non est. Falsum igitur est.



Conclusimus aliquid: tamen ista omnia ad maiorem directa nō sunt, ad quā pertinere clamat Grynæus: miser Grynæus: beatus futurus & aureus & sanctus, non si probet: sed si probare conetur, in quatuor istis prioribus Axiomatis aliquid esse minimum momentum etiam in externa specie ad concludendam maiorem. Nobis satis nunc quidem est, ne nihil conclusum esset, conclusisse tamen aliquid: quocumque tandem pertineret. Pergamus ad probationem minoris. Demonstrare eousque voluit Grynæus, id, quod omnia necessaria creditu in se includit, esse mensuram fidei: Ad istam rem adhibuit Axiomata quatuor, à Spiritu sancto enuntiata: sed ad institutum Grynæi absurdè adiuncta, alienissimo loco, ridiculè, temerè, imprudenter. Iam cognoscamus quomodo minorem fuleiat: quomodo declaret, scripturam omnia complecti ad credendum necessaria.

## VII.

Scripturas sanctas tanquam testes Christi scrutari oportet, ut est in Axiomate 5. Ergo (inquit Grynæus) scriptura continet omnia quæ creditu de Christo sunt necessaria. Nouū acumen. Noua ducendi consequentias ratio: ex baculo angulum: ex angulo baculum. Videamus igitur quid possit Grynæus. Quicquid de Christo testatur, id continet omnia credenda de Christo. Hæc enim esse maior debet, intermissa in Grynæi Enthymemate. At nos assumamus: Multæ partes veteris & noui testamenti, multæ periodi: multæ particule testantur de Christo. Et concludamus primum. Ergo multæ partes veteris & noui testamenti, multæ particule, multæ periodi continent omnia quæ credi debent de Christo. Et inferamus secundò ex maiore syllogismi Grynæi, Ergo multæ partes, & particule, & periodi scripturæ sunt mensura fidei. Et rursus: Ergo multæ sunt mensuræ fidei. Ergo non tota scriptura est vna & tota mensura fidei. Et iterum: Ergo opera Christi, quæ testimonium de Christo perhibent. Io. 5. (36.) & 10. (25.)

(25.) totam fidem & omnia *πιστ*, continent, & sunt fidei nostræ mensura? Arrige aures Grynæ.

Adhuc. Quicquid peruestigari propter testimonium de Christo debet, id continet omnia *πιστ*: & sic est mensura fidei. Atqui Christus tantum vetus testamentum, nec omnes eius partes, sed eas solùm, quæ testimonium de se perhibent, scrutari iubet. Itaque vetus testamentum, & eius quædam partes sunt mensura fidei. Ergo primò, ex primo & tertio & quarto dato, nouum testamentum mensura fidei non est. Certa enim est mensura & circumscripta, & expers omnis additionis. Ergo secundò quædam partes veteris testamenti ad mensuram non pertinent? Quid respondes Grynæ? A scribe si potes, Vbi sit Iōānis 5. distinctio, quam apponis inter scripturas Canonicas & non-Canonicas. Ostende, quomodo nihil addideris ad scripturam, & scripturæ non feceris iniuriam: & mensuram noua accessione non amplificaueris.

## VIII.

AD sextam Consequentiam Grynæi, vel ad sextum Axioma progrediamur. Prophetæ testantur, Omnes credentes in Christum accepturos remissionem peccatorum. Ergo scripturæ Canonicæ continent omnia de Christo credibilia. Id verò quid ad Rhombum? & quomodo probat Grynæus? Si omnes anthores, omnes libri, qui remissionem peccatorum in fide Christi testantur, continentur omnia credenda de Christo: quot erunt mensuræ fidei? Et an qui remissionem in fide Christi credit, credit omnia quæ de Christo credere scriptura iubet?

Scripti Prophetarum libri testantur remissionem peccatorum in fide Christi. Ergo (concludit Grynæus in probatione minoris) isti & omnes alij scripturæ libri sunt mensura fidei.

*Auditum admissi, risum teneatis amici?*

Caput 24. Lucæ testatur remissionem in fide Christi. Ergo scripturæ Canonicæ, id est, caput 24. Lucæ, & reli-

qua scriptura sunt mensura fidei. Grynæus testatur Dialectices partem esse Analyticam. Ergo Grynæus & cæteri omnes Dialectici continent omnia quæ de Dialectica scire conuenit. ô Demonstrator. An non vnus est articulus inter duodecim, credere remissionem peccatorū? Et quanquam principale fidei obiectum esset, remissio peccatorum: tamen in se ceteros articulos actu nō includit: nec necesse est, si ille credatur, credi omnes reliquos: neque ex isto vno cæteri explicantur, neq; si alij non essent traditi, ex illo possēt plenē cognosci. Quo igitur respicit Grynæus? aut quid cogitat cū ex eo quod Prophetiæ (id est, pars scripturæ) articulum vnum (id est partem fidei) testantur, concludit totam scripturam esse mensuram totam totius fidei? Ac si dicerē, quia Grynæus errat in fidei quibusdam articulis, idē omnes Germanos errare in omnibus.

Nos contrarium ex illo eodem demonstrabimus contra Grynæum. Quicquid Spiritus sanctus in quoque loco scripturæ non tradidit, & ne quidem tradere cogitauit, id ex eo loco concludendum non est: quod vel ex solo quarto dato Grynæi est perspicuum. Atqui in Ioannis cap. 5. (39.) nihil de mensura totius fidei tradidit, & nihil tradere voluit Spiritus sanctus. Tantum enim in parte scripturæ, & quidem solius veteris testamenti dicit effectum vnum officij Christi præsignificatum esse. Male igitur & falsō ex eo loco concluditur, totam scripturam esse mensuram totius fidei; vel quod idem est, in scripturis Canonicis tradi omnia quæ credi oportet.

Rursus, fides remissionis peccatorum non est tota fides: & testimonium rei alicuius, non est rei mensura. Sed isto loco & de sola fide remissionis peccatorū, & de solo Prophetarū testimonio loquitur S. Ioannes. Falsum igitur est inde vel totam fidem, vel eius mēsuram concludi. Cætera, cū respondebit Grynæus, persequemur fusius. Iam pergamus.

## IX.

PRIMUM nugatur Grynæus quasi in textu S. Ioannis ca. 20. (31.) legeretur, omnia quæ Apostoli & Euangelistæ scripserunt, eò pertinere, vt credamus Iesum esse Christum filium Dei. Duo enim aperta sunt mendacia in paucis verbis contra textum. Primum, quod scribit Ioannem de omnibus loqui quæ scripsit, tum de signis, tum de doctrina, quod iam confutatum est, cum de solis signis agat; idque textus expressè significet.

Secundum quod non solum de suo Euangelio, sed de omnibus quæ Euangelistæ & Apostoli scripserunt; S. Ioannem differere fingit. De suo enim tantum libro, & illis solum quæ ipse scripsit, S. Ioannes loquitur; idque non dissimulat. Verba clara sunt (quæ non sunt scripta in libro hoc: Item, hæc autem scripta sunt) vt testatum relinquere; non se ad alios vel aliorum libros, sed tantum ad istum librum vnicum suum, & ad sola signa respicere. Impius igitur est Grynæus (ex 4. dato) qui mutat mensuram fidei, & addit quæ in mensura non sunt, miser dator & Demonstrator magis miser. Quid igitur tandem? An quia signa, non quidem omnia, tamen isto delectu mandata literis sunt, vt credamus, Iesum esse Christum, & credentes habeamus vitam æternam: An, inquam, propterea omnia fidei necessaria capita traduntur in scriptura? Qua consequendi necessitate? quo argumento? Audiamus.

Miracula à Christo facta & notata à S. Ioanne tam magna sunt, & tam illustria; vt conuincant Christum esse Deum; istaque ratione adducant homines ad credendum Christo, & ad participandam in fide Christi vitam æternam. Ergo in scriptura traduntur omnia quæ necessariò creduntur. Valet consequentia; quia Grynæus bis corrumpit textum, & semel malè concludit; id est, quia in angulo stat baculus. Amplificabimus nos axiomata Grynæi: & eadem arte tria similia ponemus Axiomata, & ex illis

illis fabricabimus eandem æquè absurdam Conclusionem.

Opera Christi perhibent testimonium de Christo, & testantur Iesum esse Christum, & missum à Patre. Ioan. 5. (36.) & 10. (24. & 25.) Operibus Christi credi debet, vt cognoscamus & credamus quia Pater in eo est, & ipse in Patre. Ioã. 10. (38.) Alioquin propter opera ipsa credite; quia ego in Patre, & Pater in me. Ioan. 14. (11.) Illa verò opera magnam partem sunt inscripta in Euangelistis. Ergo scripturæ Canonica tradunt omnia, quæ credenda sunt de Christo.

An non dextrè videor artem assecutus Grynæi? Vincā etiam, si non stomachabitur, & lōgius progrediar quàm ipse processit. Non id solum demonstrabo quod ipse voluit, scripturam totam esse mensuram fidei. Demonstrabo multo plura: opera Christi esse mensuram fidei: sermones Apostolorū, & sæpe sermonem vnum etiam non notatum in scripturis Canonicis esse mensuram fidei. Vnum signum Thomæ factum, & vnum testimonium S. Ioannis cap. 19. (35.) & vnum miraculum esse mensuram, fidei: si omne id quod in literis sacris inscriptum est, & ad fidem Christi, eiusque veram participationem adducit, mensura est fidei.

At mi Grynæe desinamus istum in modum argumentari, ne tandem contra datum tuum primum, in infinitum multiplicētur mensuræ. Perpendamus datum tuū, & reuocemus nos ad vim argumentorum perspiciendā melius, & ducendas magis artificiosè consequentias. Abijciamus nugas istas, & tu præsertim Grynæ: Cogita quā doctrinæ opinionem apud multos habeas: eam si loquēdo sustinere non potes, sustine tacendo. Vide quantam iacturam in tam minuto libro feceris: in quantum sis auctoritatis periculum tuæ proiectus. Signorum Christi notationem vis esse mensuram totius fidei; id est, signorum & doctrinæ; corrumpis textum: dicis quæ Euangelistæ nō dixē-

dixerunt: malè concludis: & netum quidem rectè concluderes, si omnia vera essent quæ ponis.

Quid enim si Euangelistæ & Apostoli omnia ad scopum istum retulissent, vt nos crederemus Iesum esse Christum: an idcirco scriptura esset mensura fidei: & traderet omnia quæ de Iesu nobis ad salutem sunt creditu necessaria? At qua consequentia? Id igitur ostende Grynæ: & Calvinismi te mensuram esse dicemus.

Sed interim nos ordinem tenebimus quē incepimus: & ex axioma tuo consequentiam euertemus tuam.

Signa sola non sunt mensura fidei Christianæ. Atqui isto loco S. Ioannes de solis signis Christi, neque tantum de omnibus loquitur. Falsum igitur est agere isto loco de fidei mensura S. Ioannē: est verum vicissim est Grynæū proponere absurdè: ineptè assumere: concludere vitiosè.

Rursus: tantum ad librum Euangelium quæ suum respexit S. Ioannes cum ista diceret. Certum autem est, Euangelium S. Ioannis non esse mensuram fidei, & multa ne quidem attingere quæ creditu sunt necessaria: Natiuitatem Christi ex Virgine Maria: Institutionem Cœnæ & Baptismatis: descensum ad inferos: ascensionem in cælum: sessionem ad dextram, & alia plurima. Itaque S. Ioannis iste locus ad propositum non pertinet, nec inde cōcludi ne quidem in speciem potest, in scripturis Canonicis tradi & explicari omnia, quæ ad salutem requiruntur nostram. Absurdissimus igitur est Grynæus, qui id demonstrari ex textu putat: aut certè si non putat, tamen fingit.

X.

**T**Andem ad extremas feces sumus in exhaurienda Grynæi sentina progressi ad consequentiam, quam ex 2. Timoth. 3. pro mensura sua fabricat. Verum quia de ista re iam in explicatione egimus satis fusè: erimus hoc loco breuiores: & tantum contra Grynæum aliquot in contrariam sententiam syllogismos ascribemus; vt ineptias suas videat & dediscat Grynæus.

G

1. Quod

1. Quod solum non sufficit ad instruendum in salutem, id non tradit omnia quæ sunt creditu necessaria, ex dato Grynæi secundo. Atqui S. Paulus isto loco instruere quidem sacras literas ad salutem testatur, per fidem, quæ est in Christo Iesu: sed addit multa. Primò: Illa ad quæ doctrina & ductu & institutione S. Pauli informatus erat Timotheus. Tu autè permane (inquit S. Paulus) in his quæ didicisti & tibi credita sunt, sciens à quo didiceris. & alio loco, quæ audisti à me per multos testes. Secundò, formam sanorum verborum, ut audiuerat Timotheus à S. Paulo: Tertiò, totum bonum depositum (παράθεσις) quod custodire iussit Timotheum.

Ergo sacræ literæ non continent omnia, quæ à Christiano credi debent: neque mensura sunt fidei: nec unquam sic isto loco sensit S. Paulus: Et affinguntur hæc omnia S. Paulo ab hæreticis.

2. Ad mensuram addi nihil potest ex dato Grynæi quarto. Ad sacras literas, quas Timotheus infans nouit, accesserunt plurima, peneque totum nouum testamentum. Timotheus enim puer nihil de Euangelio: tantum de lege scriptos libros habebat, ut supra probatum est. Sacræ igitur literæ, de quibus S. Paulus ad Timotheum loquitur, fidei nostræ mensura non sunt, nec tradunt omnia nobis necessaria.

3. Nominat quidem S. Paulus literas sacras, sed quot libri sint, & quorum nominum, non explicat. Ut igitur maximè verū esset, quod somniat Grynæus: tamen mensuram nondum sciremus; in quibus & in quot libris consisteret: quod comprimis necessarium est, si certa mensura esse, si non in infinitum ferri, si respondere fidei, si non mutari debet. Falsum igitur est, quod Grynæus inde concludit, scripturas Canonicas, id est, volumen Biblicum v. triusque testamenti, vel tot libros veteris, & tot libros noui testamenti complecti omnia ad salutem necessaria. Id enim neque à S. Paulo, nec in vlla scriptura traditur, eoque

que solo Lutheranis & Calvinistis verum esse non deberet, qui nihil verum esse sinūt, nisi traditum in scriptura.

4. Omne quod (σοφίζεσθαι) instrui t ad salutem, tradit omnia ad salutem credenda Christianis: Hæc enim est Grynaei maior ad docendam minorem ineptę demonstratio nis. At testimoniū veteris legis (Psal. 18.8.) instruit (σοφίζεσθαι) pueros, & quidem (vt ex eiusdem versus priori membro & omnibus consequentibus apparet) ad salutem æternam. Testimonium igitur veteris legis tradit omnia quæ Christianis creditu sunt necessaria: & est fidei nostræ mensura. Sed id falsum est. Falsa igitur maior, ex qua sequitur. Non igitur sacræ literæ, quia instruūt ad salutem, continent omnia τὰ πρῶτα, nec mensura sunt fidei, nec Demonstrator est Gryneus, nec verum dicit.

5. Rursus si omne quod instruit ad salutem, mensura est fidei, & in se omnia credenda includit; vnaquæque scriptura diuinitus inspirata erit fidei mensura, & includet in se omnia. Vnaquæque enim scriptura, vt S. Paulus ibidem testatur, docet, corrigit, redarguit, instituit in iustitia. Sed posterius falsum est. Quot enim essent, & quàm infinitæ mensuræ fidei? Ergo & prius. Iniarium igitur S. Paulo facit Gryneus, cū minorem nugatorij syllogismi confirmare ex isto testimonio cupit.

6. Quot res S. Paulus simul requirit ad perfectam hominis Christiani & Ecclesiæ Christi fidem; illæ res simul sumptæ & non singulæ sunt mensura fidei. Hic verò S. Paulus & scriptum (2. Timoth. 3. (15.)) & auditum verbum (1. Timoth. 6. (20.)) & 2. Timoth. 1. (13.) & 2. 2. & 3. (14.) & vt etiã alibi traditiones suas scriptas & non scriptas (1. Thes. 3 (10.)) & 2. Thes. 2. (15.) & 1. Corint. 11. (34.) & Tit. 1. (5.) simul requirit. Falsum igitur est scriptum tantum verbum esse mensuram fidei, vel in eo tradi omnia, quæ credi à Christianis debent.

7. Quicumq; mutat sententiam scripturæ; impius est, ex quarto Grynaei dato. Gryneus igitur, qui id facit, impius est. S. Paulus enim de ista instructione ad salutem



agit, quæ non in intelligentia articulorum fidei, vel rerū credendarum, sed in sanctè agenda vita ponitur: nec sic dicit instrui à quaque scriptura hominem Dei, vt intelligat ex singulis eius locis omnia fidei mysteria: sed vt conformetur in iustitia, & paulatim perficiatur in hominē perfectum & instructum ad opus omne bonum. Cū igitur quod S. Paulus de Iustitia & vita actiua loquitur, Grynæus ad cognitionem articulorum fidei & rerum credendarum conuertit: iniuria S. Paulum afficit, & impius est, & nugator, & nihil eorum intelligens quæ dicit.

8. Aut quæque scriptura diuinitus inspirata complectitur omnia credēda; aut non complectitur. Si non complectitur, abutitur igitur isto loco Grynæus ad stabilendum errorem. Si complectitur: Ergo quæque pars scripturæ est mensura fidei ex demonstratione Grynæi. Falsum igitur est totam scripturam Canonicam esse fidei mensuram: Aut vna non erit mensura: erunt infinitæ infinitis modis & locis infinitis: & pars atq; totum simul erunt mensura rei vnius. Verū tamen est & quæque scripturæ partem, & totā scripturā, id est, vel totū vetus, vel totum nouū, vel simul vtrumq; testamentū totum, instruere ad salutem: nō sic vt omnia credenda in illis explicatè tradita sint, quod S. Paulus nullo verbo confirmat: sed vt simul cum illis quæ per auditus sermonem in Ecclesia relicta, vel ab Ecclesia per ipsius potestatem ad Dei gloriā & cultū diuini *edraçius* instituta sunt, vel adhuc institui possunt, veram mensurā fidei conficiant. Nec enim S. Paulus ascripsit, tantum sacras literas instruere ad salutē, & instruere ad perfectam omnium credendorum intelligentiam, & nominare omnia quæ credenda sunt. Illa S. Paulus non posuit: adiecit Grynæus: impius Grynæus, si quartum ipsius verum est datum: & adiecit de suo; malus Demonstrator Grynæus, sine vlla specie consequentiæ; ludens foris ad Geometricæ doctrinæ ineptam similitudinem, intus nihil concludens, *ἀγαπᾷ* Grynæus.

XI. Cor.

## XI.

Corruptelas nunc scripturæ in isto breuissimo libello, & in vna penè pagina interiectas in vnum recolligamus; & noua cōclusionē demonstrēmus, corruptorem scripturæ esse Grynæum, & peruersorem viarum Domini: eòq; indignum qui ad res adhibeatur Theologicas. Leuiora non repetemus, persequemur grauiora, quæ excusari nō possunt: ne quidem si mille Bezas istius corruptionis haberet autores. Non enim reprehēdemus fidem habitam veritati, pro fide veritatis: in salute, pro in salutem: sermo auditus mixtus fidei ipsis qui audierant: id enim quàm obscure? super spe, pro ad spem. Item fidem definiri à S. Paulo, agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatem ad spem vitæ æternæ. At vbi est definiri ibi fidem? in qua scriptura? Cùm Paulus nō dicat fidem esse agnitionem: sed fidem & agnitionem ponat tanquam non prorsus eadem.

Deinde si illa definitio est fidei: cur hæretici aliter definiunt, & non agnitionem tantum, sed fiduciam & voluntatis virtutem fidē esse volūt? Si agnitio est ad spem, spes profectò non erit: & nec fiducia: Sed erit agnitio ad fiduciam: quod singulariter notandum est. Sed ista fortassis minora sunt. Maiores corruptelas notabimus.

1. Textum ad Hebr. 11. turpiter corrumpit, cùm fidem id esse dicit, quod facit vt existat quæ sperantur. At vbi est in Græco textu? An *ὑπόστασις* est, id quod facit? An *ὑπόστασις* est causa efficiens? An non est fulcrum & quasi sustentatio? Quid Bezista Grynæi? Quid discipule corruptoris, corruptor scripturæ, quid respōdes? Ergo ea quæ hīc speramus, sunt iā in nobis & extant? Spe, inquit scriptura, salui facti sumus: & spe, quæ non videtur. Rom. 8. (24.) similes erimus Deo cùm apparuerit: nunc autem spem hanc in eo habemus. 1. Io. 3. 2. Quò igitur valet ista libido discedendi à textu? & peruertendi scripturam?

In Psalmo 38. (6.) græcè legimus ὑπόστασις nostram esse tanquam nihilum ante Deum. & 38. (8.) ὑπόστασις nostram apud Deū esse: sic Psal. 68. (3.) Infixus sum in limo profundi, & non est ὑπόστασις, vt similiter Psal. 88. 48. & 133. 15. quibus omnibus locis nihil est aliud ὑπόστασις quàm subiectū & fundamentum illud in quo innitimur, & pedes nostros vel animum figimus.

In nouo testamento S. Paulus 2. Corinth. 9. (4.) metuit ne pudefiat ἐν τῇ ὑπόστασι τὰυτῇ τῆς καυχῆσεως, & repetit iisdem verbis ca. 11. (17.) vbi hypostasim præfidens Beza vertit præfidentiam. At quàm absurdè? cū esset fundamentum, & Veteres quidam etiam pro parte gloriationis, & tanquam materia intelligerent?

Ad Hebr. 1. (5.) Filius ipse dicitur character ὑποστάσεως Patris: vbi Beza vertit personæ. Sed ibidē 3. (14.) est, nos Christi participes esse, si tamē ἀρχὴ τῆς ὑποστάσεως firmā vsque ad finem retineamus: Vbi Beza ipse vertit principium, quo sustentamur: malè quidem; tamen melius quàm hic.

Sed omnibus locis illis an quæso semel est ὑπόστασις illud quod facit, vt res cuius est ὑπόστασις, extet? Quid responderet Gryphæus? An non omnibus locis est primum subiectum & fulcrum cui innitimur?

Et vt verum sit, fidem efficere, vt res speratæ aliquo modo extent: an propterea corrumpendus erat textus per περιπρασιμ, & per rem consequentem? Sed nec ista consistere potest consequentia. Nullo enim loco scripturæ est, facere fidem vt sperata extent. Deinde quomodo extabunt, an per se: sed id fit sine fide: & sunt res speratæ etiam si nemo crederet. An igitur nobis? sed fide cognoscimus res speratas & veras esse scimus: non vt extent: extant enim tantum in spe: sed vt veræ esse sciantur. Credimus resurrectionem mortuorum: iudicium publicum Christi: vitam æternam: an igitur extant quia credimus? Sed inquiet: fides tanquam præsentia intuetur. Nego. Intuetur in spe. Spes autem est futurorum & non apparentiū.

Ru-

Rursus, si fides facit ut res extent sperata: Erunt igitur res sperata quia creduntur: & non credentur, quia sunt. Et sic fides erit mensura rerum speratarum quas credimus: id est, fides erit mēsurā τῶν πιστῶν, quæ eadem sunt ἐπιζόμενα, quod est falsum per se: & falsum ad Grynæi positionem, qui scripturam vult esse mensuram τῶν πιστῶν. An ista non est turpis inscitia & indocta turpitudine? 1. facere fidē ut res extent, & non magis fidem esse rerum existentium. 2. Esse hypostasim idem quod facere ut res extent.

*O conuersores, stolidum pecus, ut mihi bilem,*

*Ut mihi saepe iocum vestri mouere tumultus.*

An hoc est vertere? An illa noua versione indigebat Spiritus sanctus, quæ tot errores habet quot penè lineas? An propter vnum scholiasten græcum, qui tamen id, quod Beza vult, non respexit, peregrinandum fuit à simplicitate textus? & utendum περιφράσει inepta, absurda, falsa? Si περιφράσει scribere voluit Beza, cur versionem suam tanquam textum Euāgelij & testamenti noui haberi cupit? cur in titulo versionem nominat? & in præfatione pollicetur se in explicandis verbis cū dissentiant scriptores, facturum ut textus potius saluus sit, quàm ad vnam opinionem traductus? Sed dicet Beza, veteres sibi non satis fecisse versiones. At quis Bezæ satisfactionem curat? & an propterea deprauandus textus erat? cū id scholiastes non vellet? non diceret causam esse fidem, quæ faceret ut res extarent? Sed potius quasi substantiam esse spei fidem affirmaret, quæ in spe tanquā sine fundamēto vel fulcro positas sic appareret, ut aliquo modo subsistant & adsint? Voluit igitur scholiastes ea, quæ in spe sunt, esse ἐπιπέδοις, & acquirere ἐπίστασις in fide. Id verò quid ad versionē Bezæ & Grynæi? Quid ad tumultuosam istorum hominum libidinem & nouādi cupiditatem? & in interpretando peruersitatem?

2. Pergit in definitione fidei, & dicit fidem, quam S. Paulus λέγουσιν τῶν μετὰ βλεπομένων vocat, esse Demonstratio-

tionem eorum quæ non videntur. At quis vnquam *ἔλεγχον* & *ἀπόδειξιν* pro re habuit prorsus vna? Nam vt sit *ἔλεγχος* aliquo modo & interdum *ἀπόδειξις*: cur tamen erit simpliciter *ἀπόδειξις*? & cur hoc loco? & quomodo erit? An quia scholiastes græcus, qui nō vertere, sed explanare scripturam voluit, ad *ἔλεγχον* apposuit *ἀπόδειξιν*: ideo Beza non periphraſtes, sed verſor textus, potuit vertere demonstrationem, & vnum ponere, cū scholiastes poſuiſſet duo? Aut an *ἔλεγχος* latinum nomen non habet? An non est conuictio? quo verbo S. Auguſtinus in iſto loco vtitur: quia animus conuictus à fide neceſſariò verum eſſe credit quod non videt? An non est argumentum? documentum? Cur iſta delicatulis ſomniatoribus nō placent? cū demonstratio ſit vox magis obſcura, nec cognoſci ſtatim poſſit: ſimplex oſtenſio ſit, an argumēto concluſa demonstratio. ſed in eo adeo multum poſitum nō eſt. Videamus maiora.

3. Marci 1. (15.) cū haſtenus eſſet, pœnitentiã agite: ille Cenſor vertit, RESIPISCITE, Cur verò pœnitentiã agere non debemus? Et cur tantum reſipiſcere? An reſipiſcere plus eſt, & maiorem habet magiſque ſignificantē notationem, quàm agere pœnitentiã? ſed cuius authoris affirmatione, & cuius linguæ uſu?

Audiamus tamē cauſam, quæ Bezam ad corrupendam ſcripturam impulit: quæ vt ſic verteret permouit. Primū ſe ait occaſionē voluiſſe præcidere Catholicis: ne inde ſatiſfactiones ſuas confirmarent. At quid audio? Ergo Bezæ licet ad infirmandā Catholicam religionem peruertere ſcripturas? & tollere quæ delirationi ipſius nocent? ô cauſam Beza dignam. ô verſorem ſcripturæ. ſic etiã Lutherus vertit: id eſt, ad libidinem ſuam tranſtulit omnia. ſed addit Beza, *μετανοῆν* ſemper poni in bono, & id de ipſius opinione eſſe reſipiſcere. At quid ſi ſulta Bezæ eſſet opinio? An propter opinationem Bezæ deprauanda fuit ſcriptura? priuſquam certum ſciret quid à  
voce

voce notaretur? Quid si mea opinione Beza vinceret omnes impudentia & libidine corrupendæ scripturæ? An igitur Beza concludere me sinet, quod ille in re sanctissima concludere molitur? & factò cōclufit? Tamen, inquiet, μετανοεῖν est sic dolere vt corrigas: & id ipsum Latinis est resipiscere. Sit ita, vt tamen non est: At hoc ipsum est agere pœnitentiam: teste Caluino lib. 2. Institutionū: qui resipiscētiā & pœnitentiā pro eodē habet. Cur igitur Beza distinguit? cur pœnitentiā nominat in Iuda? non nominat in Niniuitis? impurus corruptor. Cur vocabulū tam diu in Ecclesia receptum antiquare, constitutare nouum voluit? inusitatum? nō sufficiens ad vim exprimendam pœnitentiæ? Agemus de eo paulo fusius.

Dicit Beza, μετανοεῖν esse sic dolere vt corrigas. Primum id non nocet pœnitentiæ; nec enim ideo μετανοεῖν non est pœnitentia: cū pœnitentia Euangelica eodem modo doleat: confirmante Caluino. Deinde sic dolere non est resipiscere. Nec enim omnis resipiscens necessariò vel priorem vitā corrigit, vel dolet. Aut an fortassis Iudas non resipuit? & si non resipuit, quomodo doluit? quomodo μεταμίσθητις reddidit triginta denarios? Nec quisquā Latinus author resipiscendi vocabulo vim istā & significationem affinxit: non Cicero, qui sine dolore, qui se ex mortis perturbatione recolligunt, resipiscere vult: non Terentius, qui filium resipiscere gaudet, non quod priorem vitam doleat: sed quod corrigit. Tertio nec sic dolere vt corrigas, est semper μετανοεῖν: sed etiam μεταμέλειται. Nam vt nihil dicam de testimonijs externis: nihil de loco Osee ca. 11. nihil de loco S. Pauli 2. Corinth. 7. (10.) Miror quid Beza cogitet: cū Matthæi 21. (29. & 32.) bis μεταμέλειται verterit ipse resipiscētiā: oblitus positionis suæ, cū in græco esset μεταμίσθητις & μεταμίσθητε: quæ tamen ille tanquam si μετανοεῖν in græco esset, latinè per resipiscendi vocem reddere non dubitauit: vt etiam debuit. Falsum igitur est ad istam rationem, quam Beza

H

nota-

I.

II.

III.

III. 58

notavit, differre μετανοϊαν & μεταμέλειαν. Quartò falsū est ad essentiam τῆς μετανοϊας pertinere, vt errorem emendemus. μετανοϊα enim non ex vi vocis, sed ex vsu Scripturæ dolorem magis significat comprehensum ex anteaacta vita, & qualemcunque animi à prioribus studijs etiam non diurnam abstractionem: in quem sensum Ioanni Matth. 3. (3.) & Lucæ 3. (8.) item S. Paulo Act. 26. 20. non satis erat μετανοϊὴν καὶ ἑπίστευσαι εἰς θεόν: sed requirebant præterea, vt fructus proferrent dignos pœnitentia. Sine his igitur fructibus, tamen erat μετανοϊα: non illa fructuosa & plena, quam nunc querimus in Ecclesia, sed alia simplex & inchoata, & ad fruges efferendas non progrediens.

V.

Quintò adiungit Beza, μετανοϊαν in scriptura Hebraica esse, נחשן & μετανοϊὴν esse נשן. Item μεταμέλειαν esse Hebræis in veteri testamento נחשן: sed falsa ista sunt omnia. μετανοϊα nūq̄ est נחשן: nunquā μετανοϊὴ est נשן in textu, & in externo vocis sono: sed נחשן hebræa dictio tum per μετανοϊὴν, tum per μεταμέλειαν explicatur in græco. Μετανοϊὴν quidem est 1. Reg. 15. (19.) bis. Jer. 48. 24. & 18. 8. & 18. 10. & 31. 19. Rursus μεταμέλειαν est Exodi 13. (17.) & 1. Regū 15. 11. & 15. (35.) Psal. 105. 45. & 109. 4. Jer. 20. 16. & Osee 11. 8. Nescit igitur Beza quid scribat.

VI.

Tantoque magis quod sextò vox נחשן & נשן, cū Chaldaicè in textu scripturæ conuertuntur, semper vno Chaldaico verbo נחשן sine prorsus vilo sint expressa discrimine: cū tamen נחשן Chaldaicum, sit Hebræum נשן. Excipio pauca loca, in quibus נחשן Chaldaicè per נחשן: semel per נשן explicatur.

VII.

Septimò verò nec pœnitere & resipiscere apud Latinos prophanos authores sic differunt vt apud Græcos Stephanus & Beza putāt differre μεταμέλειαν & μετανοϊὴν: sed potius contra. In pœnitentiæ enim voce semper dolor significatur: non semper in resipiscendi. Resipiscit qui ad se  
redit.

redit, vel se recolligit, vel in mentis usu, vel in virtutum studijs: etiam cum non poenitet: saepe etiam poenitere non potest. Nec qui resipiscit, errorem semper corrigit: poenitendo vero errorem corrigit Cicero.

Nec nos octauò quid *τροπον* vocis & ipsa in se & in literis, syllabis, primaq; nascendi origine considerata dictio praeseferat, in consilium adhibere nostrum iam debemus. Sed quid vox ex usu & definitione Ecclesiae valeat: quid per annos 1600. inter Graecos & Latinos patres valuerit. Id enim spectandum nobis est: non ludendum in Grammatica exilitate: quod nec Priscianus faceret, nec Lucianus, nec Horatius; ut vocis significationem usu confirmatam propter literas & syllabas tollerent: & tyrannum, pecuniam, furem, & omnium artium vocabula plurima, quia primum ad alias significationes erant constituta, vel ex origine vim aliam intendunt, non id esse sinerent, quod usus esse vult.

Sed nec nonò latinum magis est resipiscentia quam poenitentia: cum resipiscentiam nusquam inuenias: Poenitentiam inter Latinos scriptores Plinius saepe in libris ascribat. Et tamen si latinum magis esset, tamen in ista diuturna assuetudine Theologos veros non impediret: meretricios haereticos, verborum & blanditiarum sectatores, & amorum cantores impediret: praesertim postquam sic receptum iam est & confirmatum usu poenitentiae vocabulum, ut & quid sit, & quid significet, constet omnibus ad primum statim aspectum & ad primam auditionem. Cur igitur sine vlla causa probatam & inueteratam vocem, ad quam non animi tantum sanctorum hominum, sed parietes templorum & paginae omnes assueuerunt, tollere & extrema mundi aetate Christianum populum ad discendam nouam vocem, à nullo positam & inauditam adducere Tyrannus Beza & cum eo Grynæus volunt? Nam quod de Lactantio Stephanus recitat: fatemur Lactantium cum vim vocis simplici versione ante oculos latinis constituere cogitat, confiteri quod *μετάνοια* latinè possit verti resipiscentia. At quod

VIII.

IX.



ipse sic nominauerit, vel nominandā contenderit, & in vsum Theologiæ importauerit: falsū est, nec probabitur vnquā: nec si Lactantius fecisset, & Lactantiū Ecclesia tot iā sēculis imitata nō fuisset, imitari nos Lactantiū, & discedere à cōsuetō & notō vōcabulo cōueniebat, & turbare fontes Israël. Sed cur isti nouatores, q̄ res nouarūt, non nouarēt verba? planè vt Lutherus pœnitentiā agite, germanicè vertit, *besser Euch: ò peruersores. ò hostes pœnitentiæ.*

4. Qui credit in eum, non iudicatur: non credens aut̄ iudicatus est: quia nō credit in nomine Vnigeniti Filij. Io. 3. (18.) Hic vt eruditionem ostētarent, & libidinē suam explerēt Erasmus, Beza, & post Bezā Grynæus: verbū quod in Ecclesia annis penè 1500. receptū fuit, temere sustulerunt. Erat in græco, credentē non iudicari: & non credentem iudicatum iam esse. Id delicatulis illis non placuit. *x̄i uera* vocē Græcam, quæ semper (iudicatur) significat, ipsi vertunt (cōdemnatur). At quare boni viri? An quia interdū, qui iudicantur, condēnantur? sed id perpetuū non est: & iudicātur multi qui non condēnantur: & sancti de quib⁹ Christus loquitur, ne iudicabuntur quidem isto iudicio, quod hic explicat.

Eū verò qui non condemnatur, cur falsum est non iudicari? cur vocē Christi generalem contrahunt nouatores? cur mutant? Cur Spiritum S. corrigūt? Sed, inquit Beza, seruari & condēnari opposita sunt. Bone Deus, quantum acumen, quanta celeritas ingenij? An non etiam iudicio non subijci, vel sine iudicio seruari, & iudicio subijci contraria sunt? Cur igitur hæc cōtrarietas, quam Christus ipse enuntiat, & statim explicat, valere non debet? vallet illa Bezæ & Erasmi? An semper extremè contraria Christus inter se opponit? an non etiā medium, quod ad extremū vnum ducit, sæpè contra alterū ponit extremū? An dicere Christū Dominum, & facere voluntatē Patris sunt contraria? An fortassis & illa sub censurā reuocabit Beza, & substituet nouas voces? Sed aliud fortassis maioris est

ris est momenti, quod viros illos consideratos permouit. Credimus Christum venturum, ut iudicet viuos & mortuos. Id verum esse nō posset, aut certē in dubitationē veniret, si hīc legerem⁹, Christū non venisse ut iudicaret. At nesciebā interpretis vel verforis officiū esse, ut quæstiones omnes solueret: Nec cogitabā hoc respexisse Bezā, ut aperti⁹ quā ipse Spir. S. & in latino planius quā E-uāgel. in græco loqueretur: & rē in Archetypo dubiā ipse vertendo faceret perspicuā. Nos igitur dubiū græcum textū deinde reijciem⁹: acquiescem⁹ in poeticaluce latina Beza & Grynæi. Sed rursus, condēnatio Christi vel cum iudicio cōiuncta est, vel fit sine iudicio. Si sine iudicio: dubitatio de iudicio Christi remota nondū erit: & frustra effugere Beza Amphibologiā voluit. si verò iudiciū in se includit cōdēnatio, quorsum attinebat, vocē iudicij interuerti, & partē poni pro toto: quorsum opus erat publicā vocē iudicij tolli, & rursus poni in alio occultatā vocabulo? An enim cōdēnatio nō est iudiciū? Et an Christ⁹, quia sancti nō condēnabūtur, & impij condēnati sunt, adhuc iudicabit? An nō in eodē hārem⁹ inuolucro? Nā si Christ⁹ nō cōdēnabit, ne iudicabit quidē: nisi fortē iudiciū totum in saluādis sanctis cōsistet. Nec prodest quod condēnationem hoc loco neget tanquam actionem intelligi: putet accipi tanquam materiā. In idem enim recidit: & quod Beza de condēnatione dicit, nos ad iudiciū accommodabim⁹, & eodē modo obscuritatē vel ambiguitatē tollem⁹ in voce iudicij, ut ille conat⁹ fuit in condēnationis voce. Nec propterea vox prior, vox Christi, vox quæ ex Græco deleri nō potest, tolli debuit, cū res eadē sequeretur, quā vitare voluit Beza. Sed id huius instituti non est: & expedietur in alio libro. Nos interim doleam⁹ novos homines infatuatos opinione nouæ literaturæ post annos 1500. pro libidine sua mutare veterē vocē Ecclesiæ: substituere nouā, & quidē loco alieno, in quo nō conueniebat: cōtra Christi mentē: contra Græcæ vocis proprieta-

prietatem: contra Spiritus S. prudentiam. Quod enim Spiritus S. posuit, & ferre potuit, cur inuerecundus Beza corrigi? cur in vertendo tollit? Nā in interpretando fortasse ferri potuisset. Perdat Deus stolidā istam versionē: & authores ad pœnitentiam, non tantum ad resipiscentiam adducat.

V. Locū Coloss. 2. (3.) Grynæus sine Bezæ autoritate deprauat, & sic citat ac si Paul. diceret, in vno Christo esse absconditos omnes thesauros sapientiæ & cognitionis. At vbi est apud Paulū in vno Christo? Corruptor Grynæus? Cur istam vocem insidiosè interponis & dispolias Patrem & Spiritum sanctum? Cur contra te ipsum? Nā si sunt in vno Christo, non erunt in scriptura: vt nec sunt. Sed tu cur istum textum protulisti? & in quē usum? ô disputator.

VI. Vbi quæso, Grynæus, S. Paulus (Colos. 2. (8.)) omnem religionem, quæ non secundum Christū est, falsam esse confirmat? non quod negari debeat: sed tamen vt tuam audaciā cognoscamus: in re quæ usum tibi præstare nullū potest: quæ siue sit, siue non sit, causam tuā non subleuat. Ostēde igitur Numisma, & superscriptionem, hypocrita.

VII. Legat Grynæus ex Ioan. 5. (39.) Axioma s. suum: & demonstret nihil additum, nihil mutatum esse. sic enim magnus erit, & aureus Grynæus. Quare verò primū apposuit sanctas scripturas & diuinitus inspiratas? An in textu verba ista sunt? An res est? Neutrum profectō. Sunt quidē scripturæ, quas Christus scrutari iubet, sanctæ & diuinitus inspiratæ: sed aliud respectat callidus Grynæus, cū indefinitè proponit quasi Christus, qui tantū de prophetijs agit, loqueretur de omnibus sanctis à Deo inspiratis scripturis: quod in istum locum non congruit.

Deinde consequentiā istā non intelligimus. Sanctæ & à Deo inspiratæ sunt. Ergo Canonice sūt. Nec enim scriptura sic cōcludere docet: nec nobis commodum est. Possumus scripturas, & quia sanctæ sunt & inspiratæ à Deo, habere pro Canonicis, & quia Canonice sunt, agnoscere pro inspiratis: vtrunque verè, sed eodem modo nobis ignotum:

notum: Fortassis etiã ex Ecclesiã testimonio & progressi-  
one Canonicum notius quã inspiratũ. Vnde igitur in  
Grynãi somnium illa defluxit consequentia? cũ scrip-  
tura inspiratas non discernat à non inspiratis: & Cano-  
nicas ne quidem nominet.

Tertiò, addit debere nos scrutari scripturas: quod in  
textu non est: Ad Iudæos pertinet, & ad illos qui veterem  
legem credunt: Euangelium non credunt. & qui se vitã  
in litera legis habere putant, nec ad Christum veniunt,  
vt prænuntiatã in lege vitam ex Christo suscipiant. Itaq;  
ad nos propriè non pertinet: & maledictus est Grynãus,  
qui ad textũ addit, quod in textu non est: quanquã alio-  
quin præsertim docti in istã debent incumbere curam, vt  
antiqua cũ nouis conferant: noua cũ antiquis.

VIII. In vno testamento Ioan. 20. 2. quot sunt corrup-  
telæ & mendacia? Verũ ista iã deteximus. 1. Addidit om-  
nia quę scripta sunt. 2. Quę scripta sunt ab Euãg. & Apost.  
quod vtrunq; confictũ est contra textũ. Nec de omnibus,  
sed de signis solũ S. Ioan. differit: nec de omniũ Euang. &  
Apost. scriptis: sed de suo tantũ lib. & de signis quã ipse  
ascripserat. 3. De leui isto nihil dicã: per nomen eius, cũ  
esset in nomine eius: tamen cur temerarij versores emen-  
dãt Spiritum sanctum? cur ora sua in cælum ponunt? &  
modum præstituunt Spiritus S. industria?

IX. De loco 2. Tim. 3. notata iã sunt omnia, & illud cum  
primis  $\delta\lambda\gamma$  pro  $\omega\acute{\alpha}\sigma\tau\alpha$ . Fraus in isto loco defossa latet maxima Beza  
& Grynãi: nõ quod inficiemur vel totã scripturã, quam  
habemus, & quam S. Paulus habuit: vel vnãquamque  
singularem scripturam, & scripturæ istius partem vtilem  
esse: absit illud à nobis: sed quod in textu non sit: & Beza  
magnum venenum sub minuto illo verbo occultet: qua-  
si certum totum significaret Sanctus Paulus: quod non  
fecit.

Non vertere omnia quã vera sunt debemus: sed verbũ  
reddere ex verbo: addere nihil: mutare nihil: quã virtu-  
tem.

tem petulantissima superbia Beza tenere non sinit. Et quærunt aliud Beza, & cum Beza Grynæus: significare volunt, S. Paulum loqui de tota scriptura, id est, de toto isto librorū complexu, quem iam scripturā vocamus veteris & noui testamēti: quasi Paulus ad Biblicum hunc totum librum respectum habuisset: & nihil vtile, nihil à Deo inspiratum esse putasset, nisi quod in scriptura disertè planeque scriptum est. Ad hanc tantam fraudem peruertunt scripturam Beza & Grynæus: magna inuercundia: contra textum: contra dialecticam artem. Nec enim quia tota scriptura, id est, totum illud Biblicum volumē θεόπνευτος & ὁφελιμος est: sequitur id quod scriptum vel scriptum non est, non esse diuinitus inspiratum: & esse inutile. Negatio subiecti in vniuersalibus affirmatis non infert negationem prædicati, sed contrā. Verūm de illis iam satis. Quis enim Bezæ blasphemias in Spiritum sanctum, & corruptelas scripturæ, & reprehensiones solacismorum in ipso Deo, & lutulentam infinitam voraginem tam breui scripto exhauriret? ostendere volumus in 8. testimonijs scripturæ, quibus in vna pagina vsus est Grynæus, deprauationes sedecim: non leues, sed magnas & contumeliosas in Deum, & corruptrices textus, & Diabolicæ superbiæ testes. Cæteris alio tempore locus erit, vt spero.

## XII.

PRO auctario addendum est, videri nobis Grynæum, statum causæ non eodem modo repetere in syllogismo, quo prius in διορισμῶν proposuerat. Hic enim profiteretur se quærere an plura aut pauciora quàm scripturis Canonicis proditum sit, nobis ad salutem creditu sint necessaria: sed in syllogismo non omnia quæ ad salutem quouis modo nobis, sed quæ de Christo Iesu sunt creditu necessaria, resumit, quasi tenebras offundere nobis, & ea quæ absolutè ad salutem necessaria sunt, distinguere cogitet ab illis, quæ de Christo credi ad salutem oportet.

Res

Res vna est si rectè explicetur: & omnia quæ credimus, de Christo credimus: non tamē eodem modo, nec æquè directè: sed quædā de ipso Christo, eius persona, officio: quædam de Patre, Spiritu sancto, Ecclesia, Ecclesiæ ritibus & ornamentis, de sanctis martyribus, purgatorio, inferno, & alijs: quæ tamen omnia ad Christum sunt tanquam ad authorem & causam nostræ salutis, & iustitiam vitamque nostram instituta.

Fucum si subiecit Grynæus: nos non impediet: *διορισμῶν* illius vrgebimus: de omnibus quæ quoquo modo in fide Christi ad salutem creduntur, dicemus susceptam inter nos disputationem esse: atque id tum ex *διορισμῶν*, tum ex maiore Epigrammatici Syllogismi, tum ex huius Conclusionem planum fieri: quod tantum monere volumus: ne in isto effugio præsidium quæreret Grynæus.

Hæc igitur nunc contra thesificatorem, & obijcere & explicare, & conuellere visum est: impenso ad rem istam inter cæteras occupationes penè toto biduo: vt videmus, an se magis corroborare, & demonstratoriam aliam nouam faciem thesibus obducere posset Grynæus. Tum enim occasio dabitur, fusius omnia & diligentius persequēdi; præsertim si Porphyrium, quem in præfatione nominat, explicabit apertius. Interim demonstratum sit, nihil demonstrasse Grynæum: illuisse mundo in fucata Geometricæ literaturæ affectatione: nec mensuram fidei esse scripturas Canonicas: & falsa esse omnia & ineptè applicata quæ concludit Grynæus.

Dominus IESVS, omnipotens, verus Deus & homo verus, Grynæo & hæreticis omnibus det spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitione eius, oculos illuminatos ad perspiciendam matrimonij purissimi, quod cum Ecclesia habet, perpetuitatem: & ad cognoscendas in Ec-

H

clesia


58  
*EXPLICAT. DEMON. GRYN.*  
clesia diuitias glorię eius in Sanctis: vt abducti ab errore,  
non apros & dracones Lutherum & Cinglium, nec vul-  
pem *πικρὸν ὄμορφον*, fabrum multarum religionum Philip-  
pum, sed ipsum magnum ouium pastorem, & me-  
diatorem noui Testamenti, qui solus ostium  
est, & principium, & finis, sectentur, in capti-  
uitatem redigentes omnem intel-  
lectum in obsequium Christi.

Amen.


*Liber Collegij Societatis Iesę Paderbornę*


FINIS.






















Th  
1330